FL. SOSIPATRI

CHARISII, NATIONE CAMPANI, Grammatici uetuſtiſſimi, Inſtitutionum Grammaticarũ Libri Quinq;, ab A. Iano Parrhaſio olim inuenti, ac nunc primum à Io. Pierio Cyminio Iani auditore, in gratiam Adueſcentium Coſentinorum editi.

IO. PIERII CYMINII EPISTOLA
Nuncupatoria, ad Ampliſſimum atq; eruditiſſimum Præſulem Coriolanum Martyranum, Sancti Marci Epiſcopum.

BIBLIOTECA NAZ. ... ROMA ...

CAVTVM EST CAESARIS ET *Clementis* VII. *Pont. Max. priuilegijs, ne quiſquam toto decennio hos Quinq; Chariſii libros, intra Regni Neapolitani, atq; Sacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ fines, imprimere aut impreſſos alibi uendere poſſit.*

Biblioth.ae PP. Scholar. Piar. S. Pantaleonis

I. Lucretius Oeſiander.

Καὶ σὺ μάλ' ἐξέφυγες τὸν λήθης χάλκεον οὐδὸν
Σωσίπατρ', ἠελίου ἐς φάος ἐρχόμενος.
Θησαύρας προμολ' ὤν, πάντων ἐπεὶ ἔξοχος ἐστὶ
Γραμματικῶν, μέγα θαῦμ' ἐσσομένοισι λιπών.

ex hered.te Franc.ci de Rubeis

IO · PIERIVS

CYMINIVS COSENTINVS AMPLISSIMO PRAESVLI CORIOLANO MARTYRANO S. MARCI EPISCOPO VTRIVSQVE LINGVAE PERITISSIMO S. D.

ANNVS IAM AGITVR, NI fallor, quartus & decimus, ampliſſime ſimul & eruditiſſime Præſul, ex quo A. Ianus Parrhaſius præceptor olim meus, Flauii Soſipatri Chariſii Romanæ linguæ accuratiſſimi obſeruatoris deſcribendi copiam mihi fecit. Parrhaſius inquam noſter, qui doctiſſimi atq; optimi cuiuſq; iudicio fulgentiſſimus quidam candidarum literarum ſol exiſtimatur, nec ullus adeo inuidiæ facibus infeſtatur, adeo expers totius humanitatis eſt, quin aſſeueret neminẽ uſq̃ gentiũ eo tẽpore extitiſſe, qui abſolutã Rhetoris perſonam actione eloquentiſſima, & multiplici rerum cognitione felicius noſtro Iano ſuſtinuerit, propriũmq; Latinæ linguæ cãdorem illũ Romanum naturali quadam rerum uerborũmq; copia retulerit. Audiui hoc à teneris annis, ubicunq; fui, & nũc indies magis magiſq; audio doctiſſimos quoſq; hæc eadem uno ore ingenue fateri & prædicare. Quare ſummopere dolendum eſt, quod, neſcio cuius iniquitate (pró dolor, uix ſuppetunt Cyminio tuo uerba) eius opera fuerunt intercepta, maximo literatorum incõmodo. Imprimis autem deflenda eſt illius diuini operis iactura, De rebus ſcilicet per epiſtolam quæſitis, quod ipſe ſæpenumero uidi, erat enim ad editionem iampridem paratum, libriſq; conſtabat circiter quinq; & uiginti, ubi diuerſorum auctorum loca penè infinita, Platoniſq;, ut aiunt, numeris obſcuriora, animata diuináq; illa dicendi ubertate explicabantur, O doctorum omnium conſenſu, Muſis & Apollini damnoſam, ó ſemper dolendam, ſempérq; lugendam Parrhaſii mortem. Sed de

A. Ianus Parrhaſius.

Parrhaſii opera cur deſiderẽtur

eruditiſſimis illius uigiliis , & utriuſq; linguæ irreparabili ia-
ctura, quam nobis immaturus Iani interitus attulit, cõmodius
ſcribendi in eius uita,quam adhuc nos cudimus,dabitur facul-
tas.Redeat igitur illuc oratio,unde paulo ante defluxit . Cha-
riſium poſtea improbiſſimorum hominum perfidia amiſi ; quæ
Io. Franciſcus & Rutilius Decorati
res quantum mihi doloris attulerit,teſtis eſt Io.Franciſcus De-
coratus Eques clariſſimus,atq; idem uir integerrimus , & quem
nulla remotior diſciplina latet,eiuſq; filius Io.Rutilius qui omni
uirtutum genere nomini gentilitio ita reſpondet , ut nihil eo
decoratius poſſit inueniri, Neſcio quod me illis tẽperet aſtrum,
Vtriuſq; enim amor tantum mihi creſcit in horas, quãtum uere
nouo uiridis ſe ſubiicit alnus,hos,inquam,præteriti mei doloris
Pyrrhus Antonius & Nicolaus Marius Parrhaſii.
teſtes habeo,quo certe nunquã fuiſſem leuatus,niſi Pyrrhus An
tonius Parrhaſius iuuenis eruditus,elegans, atq; ſanctiſſimis mo
ribus ornatus , & Nicolaus Marius Parrhaſius iuuenis in-
genio,& memoria ſingulari , ad quæ accedit etiam iuris ciuilis
ſtudium admirabile,mox defuncto Iano Patruo,eundem Cha-
riſii codicem mihi tranſcribendum exhibuiſſet,quo tempore in
Coſentina iuuentus.
genuos ſtudioſóſq; Coſentinos aduleſcentes annuis,ut ſcis,cen-
tum inſtituebam , qui omnes ad unum aſſiduis uocibus à me
flagitabant, ut quæ Soſipater lucubrauerat in communem ſtu-
dioſorum hominum utilitatem,ego omnium primus in apertũ
proferrem,quorum precibus equidem diu multũmq; fui relucta
tus,uictus tandem,recepi me daturũ operam, ne Chariſius pau
corum ambitioni ſeruiret. In præſentia autẽ illi crebris me lite-
ris obtundũt,ne à pollicitis recedam.Proinde ne uanus omnino
uidear,ſtatui meis auditoribus (qbus nihil iure negare poſſum)
morem gerere,tuóq; nomine hoc opus publicare.Ad hoc etiam
ſubdidit licet currenti calcaria,eruditiſſimus uir Antonius Thy
Thyleſius
leſius noſter , qui ante cineres æternitatis nomen eſt aſſecutus,
Thyleſinus
Necnon Bernardinus Thyleſinus,ita pangendo carmini ac ora-
tioni ſolutæ promptus,ut Thyleſii patrui alumnus merito uidea
tur . Ad illud etiam me ſæpius excitant Hieronymus Rufus
Hieronymus Rufus.
Neapolitanus iuuenis acri ingenio & bonarum artium ſtudioſiſ
ſimus,atq; tibi deditiſſimus,& Philocalus Troianus meus,publi
Philocalus
cus latinitatis profeſſor & diligentiſſimus,qui Neapoli Papinii
ſyluas frequenti auditorio,& magna cum laude ſic exponit, ut
iure quidem Parrhaſii noſtri auditor exiſtimari poſſit, aſſerendo

hunc librum ſub umbra tui nominis oportere ab inferis in uitã
reuocari, patrocinio enim tuo, ueluti Aiacis clypeo munitus, tũ
criticorum uulnera effugiet, tum plurimum auctoritatis ſibi ac-
ceſſiſſe cognoſcet. Es enim & latinis & græcis literis ornatiſſimus,
noſtriq; quæ tua eſt humanitas, amantiſſimus. necnon ingens non
Martyranæ familiæ ſolum, uerum patriæ quoq; ornamentũ. Sed *Martyranorũ*
nihil mirum, oportet enim eos qui claris nati ſunt parentibus, *familia clariſſi-*
non degenerare, quod & Euripides ſentit, quum dicit, Δεινὸς χα- *ma.*
ρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς ἐσθλῶν γενέσθαι, κἀπὶ μεῖζον
ἔρχεται τῆς εὐγενείας τοὔνομα τοῖσιν ἀξίοις. Nam ut cæteros
omittam, pater tuus optimus, ſapientiſſimúſq; uir Io. Baptiſta *Io. Baptiſtæ*
Martyranus, ſola uirtutis atq; generis commendatione tertio ab *Martyrani laus*
hinc anno, abſens Prætor Neapolitanus ſine ulla ambitione fuit
declaratus, quũ eſſet in Brutiis, quo quidem in magiſtratu adeo
iuſte, adeo fortiter, adeo tẽperanter & prudenter ſe geſſit, ut eorũ
qbus ſucceſſit, deſideriũ facile ferrent omnes, eſt enim humanarũ
diuinarúmq; rerum peritiſſimus, atq; idcirco æqui iuſtiq; ſeruan- *Bernardini*
tiſſimus. Sed diſſimulandũ mihi non eſt, quibus honoribus & de- *Martyrani laus*
cretis ampliſſimis Bernardinus germanus ille tuus fuerit orna-
tus, qui propter eximias eius uirtutes à Cæſaris ſecretis eſt pri-
marius, locúmq; tenet inter Imperatorios Senatores eminentiſſi
mum. Vnde uirtute duce (nam fortuna non dicã, ne inuidus aut
malignus uidear) id eſt aſſecutus, ut illũ æquales ament omnes,
inferiores tanq̃ auguſtũ quoddam numen obſeruent, & ueneren
tur, Principes (quæ deorum eſt benignitas) certatim ornent. Pru- *Io. Antonius*
dens omitto Io. Antoniũ ſollertiſſimũ Brutiæ regionis quęſtorẽ, *Martyranus*
Hieronymúmq; ingenio elegantiſſimo uirũ, & multarũ rerum *Hieronymus*
cognitione præclarum, fratres tuos optimos, domi foriſq; præſtan *Martyranus.*
tiſſimos, de quorum ornamentis, atq; uniuerſa familia ueſtra co- Κωσεντίας
pioſius dicemus in opuſculo noſtro, cui titulum fecimus Κωσεν- ἐγκώμιον.
τίας ἐγκώμιον, quod propediem unà cum Flauio Aſpro gram-
matico inſigni, Ianiq; Parrhaſii Rhetoricis quęſtionibus ſub tuis
auſpiciis exibit in publicũ. Sed reuocandus eſt orationis fluxus
ad Chariſium, Is eſt multis ut uides in locis mutilatus, quod ac
cidere neceſſe fuit uetuſtatis & tẽporis iniuria, uerum hoc me mi
nime ab editione deterruit, quũ uiderẽ me id, non ſine clariſſi-
mo exemplo feciſſe. Nã & Attiliũ Fortunatianũ, Donatianúmq;
εἰ γνήσιον ἐστὶ, & Cæſii Baſſi opera cũ Probi inſtitutis (ſic enim li

bet inſcribitur) Parrhaſius quū Mediolani bonas literas profiteretur, tinearum iniuria pendè corroſa, uelut è poſtl. minio mortis in lucem reduxit. Quæ igitur hoc ſigno ※ notata uidebis, nō integra deſcribi potuiſſe ex antiquiſſimo Iani codice certiſſime ſcias, multa enim erant iam obliterata adeo ut ne ueſtigia quidē elementorum extarent. *Priſcianus* Quod uero Chariſii auctoritas ſit extra aleam cōmunémq; grammaticorum ſortem habita, Priſcianus eſt locupletiſſimus teſtis, qui, ut alii innumeri, Soſipatri teſtimonia, ut Apollinis oracula ſæpe citat. *Quanta fuerit Chariſii auctoritas apud Parrhiſium.* His adde quod Parrhaſius in grammaticis rationibus, unius Chariſianæ auctoritatis maieſtate tantum, uel maxime obtrectatorum impudentiā repreſſit. hoc ſatis oſtendit in Claudianum Ianus, ac ipſius Apologia Furius. Sed uel eò puto Chariſium tibi fore cariorem gratiorémq;, quod I. Lucretius Oeſiander tuus, *I. Lucretius Oeſiander.* in omni diſciplinarū atq; linguarū genere diligentiſſime uerſatus, qui in hac urbe tanta cum admiratione publice Homeri Iliada interpretatur, ut inter Neapolitanæ Academiæ ſummos antiſtites ab omnibus facile cēſeatur, pro ſua ſingulari in me beneuolentia unà mecum ex fide uetuſtiſſimi exemplaris corrigendum ſuſcepit, cuius cauſa (ut in præſentia prætermittam tot & tantos eruditiſſimos ſanè uiros, quos in hac inclyta ciuitate mihi amiciſſimos paraui) nihil me pœnitet huc ueniſſe. Bene uale Muſarum patrocinium, & Cyminium tuum ama. Neapoli Kalend. Ianuariis. Anno M. D. XXXII.

Ἄδηλον.

Ὀρφεῦ, σὺ μόνος ἐκ νεκρῶν παλίνορσον ἀφῆλας
Τὰν ἀλόχου ψυχὰν πρὸς φάος ἠϋκόμου
Ἀλλ᾽ ἐμὲ δῆθ᾽ ἀχέροντος ὑφ᾽ ὕδροις κείμενον αὖθις
Κυμίνιος ζώοντ᾽ ἤγαγεν εἰς δάπεδον.

Ἀδέσποτον.

Οὐ μόνοι Ἡρακλῆς τε καὶ Ὀρφεὺς ζῶντες ἐς ᾅδου
Δῶ κατέβησαν, ἐπὶ κέρβερον ἠδ᾽ ἄλοχον
Καὶ γὰρ ὁ Κυμίνιος καταβὰς ἐπανήγαγε θεῖα
Σωσιπάτρου τεύχη, Αὐσονίης τ᾽ ὄνειαρ.

Scipio Donatus Coſentinus.

Quod nitidus uolitem, tenebris poſt terga relictis,
Lotus ut undanti Lucifer Oceano,
Hoc ipſum effecit ſollerti corde Cyminius,
Inferno qui me traxit ab uſq; Chao.

IO. PIERIVS CYMINIVS SVIS COSENTINIS ADVLESCENTIBVS S.

VIDETE ADVLESCENTES ingenioſiſſimi, quantū ualuerit apud me hortatus ueſter. Nā & ſi ego non eram uel in maximis occupationibus promiſſi oblitus, tamen ubi primum tot epiſtolas à uobis accepi, relictis rebus omnibus, Chariſium grammaticorum omnium facile principem, quo in ſuo genere nihil literatius, nihil elegantius, nihil demum melius apparet, iam multis abhinc ſeculis in altiſſimo puluere defoſſum, uobis edidi. In eo autem quod mecum expoſtulatis parum clementer, ignoſcendum mihi puto, quod ad conſtitutam diem, ut deſideratis, non redierim, ſcitis enim literas in cauſa fuiſſe mihi redditas ab Innocentio Chiacio, iuuene corporis & animi dotibus ornatiſſimo, & noſtri nominis (palàm res eſt) defenſore acerrimo. Quod uero rurſus nunc rogando orandóq; ſcribitis nihil æque uos cupere, quàm me illuc aduolare, agnoſco & laudo uoluntatem ueſtram, hoc nanq; eſt deſiderium pio præceptore pium, quippe qui ueſtrum nonnullos ſummo ſtudio magnóq; labore, rumpantur ilia Codris iſtis, ad optimam frugem breui perduxit. Bene ualete, & à me Meſſalæ meo Bonio poetæ ſuauiſſimo ſalutem quamplurimam. Neapoli Kalend. Ianuar. Anno M. D. XXXII.

LEONARDI SCHIPANI AD Coſentiam Carmen.

Aemula Romulidum niueo Coſentia curru
  Excelſum, ut pár eſt, effer ad aſtra caput.
Aeternum poteras proprio præcellere partu
  Quo Cybelen ſuperas Argolicaſq; nurus.
At magis aſcito cenſeris ciue Cymino,
  Qui ſacer Aonias haurit & efflat aquas.
Hic nuper linguæ flexit tua pectora nymbo,
  Centeno meritus poſſe placere choro.
Nunc uero Euboicas abſens perductus ad oras
  Dum ſtudet ingenio te reſonare ſuo.
Exactæ tantum ſubnixus remige mentis
  Adnauit Stygii regna ſuperba Iouis.
Hinc tibi Soſipater remeat ſibi redditus, acri
  Hortatu ciuis pollicitiſque tui.
Vos Coſentini, quos fandi cana poteſtas
  Allicit, hunc tota mente tenere iuuet.
Perpetuaſque aras ueſtro ſacrate Cymino
  Quo duce caſtaliis Crathis inundat aquis.

EX LIBRO SECVNDO EPIGRAMMATON Ioannis Philocali Troiani de Pierio Cyminio.

Pierium humanis ſi quiſquam laudibus ornet,
  Pierio multum detrahet ille meo.
Nanq; Coronidæ reuocat, uel Apollinis artes,
  Magnaq; cum ſæua prælia morte gerit.
Ecce quibus tenebris, & quanta nocte ſepultum
  Grammatici ueteris uiuere iuſſit opus.
Quod ſuperi meruere, hominum dum corpora curant
  Pierius meruit teſte Helicone decus.
Plus quoq;, nam plus eſt fateor, dare lumina uitæ
  Ingeniis hominum, q̃ dare corporibus.

FL. SOSIPATER CHARISIVS VP. MAGISTER.

AMORE Latini ſermonis obligare te cupiens, fili chariſſime, artem Grammaticã ſollertia doctiſſimorum uirorum politam, & à me digeſtam in libris quinq; dono tibi miſi. Qua penitus inſpecta, cognoſces quatenus Latinæ facundiæ licentia regatur, aut natura, aut analogia, aut ratione curioſæ obſeruationis, aut conſuetudine, quæ multorum conſenſione conualuit, aut certe auctoritate, quæ prudentiſſimorum opinione recepta eſt. Erit iam tuæ diligentiæ frequenti lectione ſtudium meum ex uariis artibus inrigare memoriæ, tuiſq; ſenſibus mandare, ut quod originali patriæ natura denegauit, uirtute animi affectaſſe uidearis, ualeas, floreas, uigeas, æuóq; longiſſimo fili patri tuo chariſſime.

¶ Continet Liber I.

¶ De grammatica.
De uoce.
De literis.
De ſyllabis.
De communi ſyllaba.
De dictione.
De caſibus.
De generibus nominum.
De numeris & pronominibus.
De ordinibus, ſeu declinationibus nominum.
De obſeruationibus nominũ quibus genera diſcernũtur.
De monoptotis.
De nominibus quæ hypocoriſmata non recipiunt.
De nominatiuis ad regulam reductis.
De extremitatibus nominum & diuerſis quæſtionibus.
De gradibus comparationis, ſeu conlationis.
De Analogia.
De Ablatiuo caſu.
De formis caſualibus.

¶ Liber II.

De diffinitione.
De genere.
De ſpecie.
De oratione.
De partibus orationis.
De nomine.
De pronomine.
De uerbo.
De ordinibus uerborum.
De declin. uerborum.
De coniugationibus.
De participio.

De aduerbio.
De coniunctione.
De præpoſitione.
De interiectione.
Liber III.
De perfectis ordinum iiii.
De defectiuis.
De inchoatiuis.
De imperſonalibus.
De frequentatiuis.
De paragogis.
De confuſis.
De qualitatibus latini ſermonis & temporibus.
Liber IIII.
De barbariſmo.
De ſolœciſmo.
De uitiis cæteris, ideſt
De acyrologia.
De cacephato.
De pleonaſmo.
De ellipſi.
De periſſologia.
De macrologia.
De tautologia.
De tapinoſi.
De cacoſyntheto.
De amphibologia.
De tropis xii. ideſt
Metaphora.
Catachreſis.
Metalepſis.
Metonymia.
Antonomaſia.
Synecdoche.
Onomatopœia.
Periphraſis.
Hypbatõ cũ ſpeciebus ſuis iiii.
Hyperbole.
Allegoria cum ſpeciebus ſuis ſeptem.
Homœoſis cum ſpeciebus ſuis tribus.
De Metaplaſmo cum ſpeciebus ſuis tredecim.
De Schemate lexeos cum ſpeciebus ſuis xviii. quæ ſunt
Prolepſis.
Zeugma.
Hypozeuſis.
Syllepſis.
Aſyndeton.
Anadiploſis.
Anaphora.
Epanalepſis.
Epizeuſis.
Paronomaſia.
Scheſis onomaton.
Parhomœon.
Homœoteleuton.
Homœoptoton.
Polyptoton.
Hirmos.
Polyſyntheton.
Dialyton.
De ſchemate dianœas & ſpeciebus ſuis quæ ſunt iſtæ.
Per dialogiſmon.
Per myctheriſmon.
Per paralypſin.
Per etymologiam.
Per proſopopœiam.
Per apologiſmon. ſiue ultro dando.
Per hyperbolen.
Per confeſſionem.

Per commutationē negando.
De tranſitu, ſiue trāſmutatio ne perſonarum.
Per anapocriſin.
Per aporian.
Per epitropen.
Per antimetabolen.

Liber V.

De lectione & partibus eius contrariis iiii. ideſt
De accentu & poſitu.
De ſcriptione.
De pronuntiatione.
De modulatione.
De continuatione.
De ſeparatione.
De mora.
De diſtinctione.
De rhythmo.
De metri uerſificatione.
De baſi.
De pedibus.
De uerſibus.
De metris
De idiomatibus. Synonyma Ciceronis. Indifferēter gloſſemata per literas latinas ordine cōpoſita, Gloſſemata idem ſignificantia.
De differentiis.

F I N I S.

FL. SOSIPATRI

CHARISII INSTITVT. GRAM.

LIBER PRIMVS.

LECTORIBVS S.

IN ipſo ſtatim limine deſyderantur capita aliquot, iniuria temporum intercepta, non omiſſa aut noſtra aut librariorum negligentia. Dedimus certe operam, ut quamintegerrimus ad uos perueniret Chariſius, ſed plura aut correctiora dari non potuerunt. Nam & Archetypus uetuſtiſſimus ſane codex, qui hodie Neapoli a Hieronymo Seripando doctiſſimo Patricio ſeruatur, mutilatus fuit, unde omnes quotcunq; in tota Italia reperiuntur, fuere deſcripti. Hæc te monere uoluimus, optime lector, ne ſuſpicareris nos fucum tibi facere uelle, & ſedulo, ubi res poſtulauerit, monebimus. Valete.

DESVNT CAPITA.

DE GRAMMATICA.

DE VOCE.

DE LITERIS.

SEQVITVR DE SYLLABA.

SYllaba eſt litera uocalis, aut literarum coitus, per aliquam uocalem comprehenſus. Syllabæ dicũtur à græcis παρὰ τὸ συλλαβεῖν τὰ γράμματα, latine connexiones. aut cõceptiones, ꝙ literas concipiunt, atq; connectunt, aut comprehenſio hoc eſt literarum iuncta enuntiatio, Syllabæ aut breues ſunt, aut longæ, breues correpta uocalis efficit, aut cum antecedente conſonante uocalis in fine ſyllabæ corripitur, longas producta uocalis facit. In breui ſyllaba tempus unum eſt, in lõga duo. Syllabæ aut natura longæ ſunt aut poſitione. fiunt natura longæ, quum ſingulæ uocales literæ producuntur. ut a. aut e. aut quũ duæ, ut ua aut quum tres ut uae. Poſitione quum correpta uocalis ſequentes habeat duas conſonantes ae, aut in eadẽ ſyllaba ſolent eſſe ut ars, aut in proxima ut amnis, aut in duas ſyllabas diuiſæ ut arma. Sed & duplex litera x. duarum conſonantium loco fungitur. hæc quoq; aut in eadem ſyllaba ſolet eſſe ut nox, aut in proxima ut axis. Præſtant idem & uocales literæ loco conſonantium poſitæ i. & u. ut ſeruus, iniuſtus.

Syllab. quid, unde & quomodo latine enuntietur.
Syllabæ breues quæ
Syllabæ longæ quæ
Syllabarum tempora.
Poſitione longa ſyllaba.
x. duplex litera

¶ Item quum deſinit in conſonantem c. qua pars orationis finitur, excipitur à uocali. ut, hoc erat alma parens. hæc in metris facilius deprehenduntur. Aliis ita dè ſyllaba placuit diffinire.

Vergilius

¶ Syllaba eſt conceptio & congregatio, aut uocaliũ literarum, aut conſonantiũ, coniuncta tamẽ cũ ratione uocalibus. ut trans, pr.e, dicitur hæc ꝑ catachreſin ſyllaba & is ſonus, qui dè ſingulis uocalibus redditur ut a. e. Syllabæ aut longæ ſunt aut breues, longas facit producta uocalis, breues correpta, omnes hæ uocales, ut ratio poſtulabit, aut produci, aut corripi poſſunt. In breui ſyllaba tempus unum eſt, in longa duo. Natura longæ ſyllabę aut ex una ſyllaba producta uocali ſunt. ut e. ut o. aut ex duabus iunctis. ut ae. ut oe, quas græci dipthongos uocant, Syllabæ poſitione fiunt longæ his modis. Si correpta uocalis deſinat in unam conſonantem & excipiatur ab altera conſonante. ut Arma uirumq; cano. aut ſi deſinat in duas conſonantes. ut eſt in ſeceſſu longo locus. aut ſi excipiatur à duabus conſonantibus ut acriſioneis, danae, aut deſinat in duplicẽ literam x. ut nox erat, aut ſi excipiatur à duplici litera, ut ſi facias. axe ſub æthereo. Idem

Syllaba quid
Syllabæ longæ
Syllabæ breues.
Syllabarum tempora.
Syllabæ natura longæ.

in hoc breuis,te Corydon ó Alexi,trahit ſua quemq; uoluptas. in hoc enim uerſu ſecundi pedis ſecūda ſyllaba ꝓ breui accipi tur.& in illo.Ipſe nemus linquēs patriū ſaltūſq; lycęi.Pedis ulti mi prima ſyllaba lōga pſeuerat.Itē natura, quū geminæ uocales, quas græci diphthongos uocāt,à uocali excipiātur.eſt enim lon ga ſyllaba in hoc uerſu,ulla morā fecere, neq; aoniæ aganippæ. fit in hoc uerſu breuis,inſulæ ionio in magno quas dira celęno. De iis uero quæ poſitione lōgæ fiunt,cōmunis eſt,quę excipitur à duabus conſonātibus,ita ut prior ſit muta,q̄ liquida. Eſt enī lōga in hoc,immemores ſocii uaſto cyclopis in antro. at in hoc breuis , luſtra domūſq; traho uaſtoſq; ab rupe cyclopas . ideo hoc excipitur.dictū eſt ꝙ ſi in mutam deſinat,& excipiatur à li quida , communis eſt ex communium ſyllabarum ratione.

Virgi.
Diphthōgus q̄
Virgi.

Virgi.

℄ F. quoq; litera ſi præpoſita fuerit liquidæ, q̄uis ſemiuocalis ſit,mutæ tamen obtinet locū.Itaq; ſi excipit uocalē correptā cō munē facit. Poteſt præterea cōmunis uideri ea ſyllaba,quæ apud Vergiliū & pro lōga & pro breui poſita eſt. ut hic,ut hoc, ſi à uocali excipiatur.eſt enim pro longa,omnibus hic erit unus ho nos,tres pręmia primi.Pro breui hoc.hic uir,hic eſt, tibi quem promitti ſæpius audis.Sed pro breui bis ferè tantum , nam ut longa ſit & ipſi & omnibus uſitatum eſt.

F. litera p̄poſita liquidæ, mutæ uicem præſtat.

℄ Cōſiderāda ergo eſt in iis dumtaxat ꝓnominibus natura c. literæ,ꝙ craſſum quodāmodo,& quaſi geminū ſonum reddat,ut hic,& hoc,Si hoc nec coniunctionē inſpiciamus,licet eadē litera finita ſit,diuerſum tamen ſonabit,quod ita facilius diiudicabi- tur,ſi quoniā alterum habemus,& alterū notemus in uerſu. Eſt enim hoc erat alma parēs,& pro Iuppiter ibit hic ait & noſtris. ſi hoc facias,nec erit alma parens,aut.nec ait & noſtris.Iam ſpe- ciem ſuam uerſus amittet.Quū æque & hanc & illā ſyllabas cō ſtet eſſe correptas.Ergo illæ non ideo longæ fiunt,ꝙ pars oratio- nis finitur,ut putant plurimi.nā idem & in hac effici poſſet, ſed ut dixi,in ꝓnominibus c. litera ſonū efficiet craſſiorem,& natu- ra i.literæ inter uocales poſitæ,ac per hoc ſonum geminantis imi tatur.præter has ſpecies rara ſunt, quæ per ſynaliphen , aut ſy- ſtolen,aut etiam ectaſin ſeruari neceſſe eſt,quæ cum ratione fiāt aurium iudicio non probantur.

C. literæ natu- ra in ꝓnomni- bus hic hæc hoc
Nec aliter ſonat ꝙ hæc. Hic,hæc hoc,aliter ſonat q̄ nec.

Syllabæ quæ nō ratione,ut qdā putant,finalita- tis, ꝓducuntur.

℄ Ex his quoq; illa eſt,quum correpta uocalis deſinit in conſo- nantem,qua pars orationis finitur,ut omnia uincit amor,& nos

In ꝓnominibus c. litera qd facit

cedamus amori. Quis enĩ nõ uideat iambũ ſpõdæi ĩ loco poſitũ mor?& plerũq; etiã ſtructurã ꝓſæ habet. ut nõ te nullius exercẽt numinis iræ? Itẽ & uerſa puluis inſcribitur haſta. Quis enim nõ uidet ſtructurã, nullius exercẽt, & puluis inſcribiť, etiã illud ma

O litera finita omnes antiqui producebant.

gna cura uidendũ eſt, ꝙ ueteres omnia ut uerba, ut nomina, q̄ o litera finiũť. Itẽ aduerbia ut cõiunctiones ꝓducta extrema ſylla ba ꝓferebãt adeo ut Vergi. quoq; idẽ ſeruauerit. In aliis hoc refu gerit incultæ uetuſtatis horrorẽ, & carmẽ cõtra morẽ ueterũ leui gauerit. Inuenitur tamẽ apud Vergi. in uerbo breuis poſita ut nec ſcio qd ſit amor. hoc ſat erit ſcio me Danais è claſſibus unũ. ꝙ qa in uno uerbo uideť in ſynalephen cõtrahũt, q ſeruãdã uetu ſtatis cõſuetudinẽ putãt. ſpõdæũ ergo ꝓ dactylo faciũt, & quũ ſit, nec ſcio, uolũt fieri, nunc ſcio. Quod q̄ abſurdũ ſit ꝑſpicuũ oĩbus puto. Illã hãc opinor fuiſſe rationẽ, ꝙ ueteres ſequuti gręcos apud

ω. apud græcos ubiq; natura longa.

quos ω litera ubiq; qdẽ natura lõga eſt, plerũq; tamẽ ĩ ultima uer bi ſyllaba ponitur. etiã in cõmuni ſermone ꝓſæ. Similiter profe rebant. Ita dũ uſurpauit proſa & uerſus obtinuit paulatim hoc uſus inuertit, ut in ſermone nõ ſcribo, dico, & itẽ talib⁹ ubi nõ ſolũ correpta ponitur, ſed etiã ridiculus ſit qui eam produxerit. Mirũ ergo nõ eſt cõſuetudinẽ ſequi & uerſus niſi ſicubi poeta maiorẽ ſibi licentiã uindicabit. Sanè monoſyllaba ferè quęcũq; in uerba πρωτότυπα o litera finita, tam uerſu, q̄ etiã proſa. ſimi

Sto, Do. producuntur Monoſyllaba.

liter productam habent. neceſſe non corripi, ut ſto, do, quibus ſi conferatur dico, curro, diſco. Item producta o. litera diiudicari poterit, q̄ ſit aliud abſurdum, aliud per euphoniam gratum.

¶ De dictione.

Dictio quid. Compoſitæ dictiones quot modis fiant. Sinciput

¶ Dictio eſt ex ſyllabis finita, cũ ſignificatione finita, certa locu tio. ut eſt dico. facio. Quædam dictiones ſunt ſimplices ut facio, quædam compoſitæ ut conficio. ex cõpoſitis dictionibus quædã fiunt ex duobus ĩꝑfectis ut ſinciput cũ intelligitur ſemiatum caput. quædam ex integro & ĩꝑfecto ut eſt cornicen, intelliga tur cornu canens, quædam ex duobus integris ut eſt ſacrauia:—

¶ De Caſibus.

Caſus quot

¶ Caſus ſunt ſex. Nominatiuus. Genitiuus. Datiuus. Cauſa tiuus, qui & accuſatiuus. Vocatiuus. Ablatiuus.

¶ De generibus nominum.

Genera nominũ

¶ Genera nominũ ſunt tria, uel (ut qbuſdam placet) qnq;. Ma ſculinũ, ut hic Cato, fœmininũ ut hęc muſa. neutrũ ut hoc tem

plum. Eſt commune a duobus generibus, ut hic & hæc canis, a tribus generibus ut hic & hæc & hoc felix. additur quintum genus quod græce Epicœnon dicitur, latine ꝓmiſcuum, ut hæc muſtella aquila. Nam & ſi mas ſit muſtella, ut aquila. fœminino genere tantum dicitur. Item hic paſſer q̃uis maſculino genere proferatur, tamen etiam fœmininum genus ſignificat.

¶ De Numeris & pronominibus.

Numeri quot
Pronomina articularia.

¶ Numeri ſunt duo ſingularis & pluralis. dualis enim apud romanos non eſt. Pronomina maſculini generis numeri ſingularis hic, huius, huic, & cætera uſq; ab his. Pronomina fœminini generis. Numeri ſingularis hæc. & cætera uſq; ab his. Pronomina neutri generis numeri ſingularis hoc huius huic & reliqua. Et pluraliter hæc horum his hæc o ab his.

¶ De ordine.

Ordines quot
Declinationis prime terminationes.

Ordines nominũ ratione & obſeruatione numero ſunt quatuor (uel ut qbuſdã placet) qnq;, quorum declinationes ſunt hæ. Primę declinationis nominatiuus definit as. a: es. quorum genitiuus æ. Item datiuus ſimiliter æ. Accuſatiuus in am aut en, uocatiuus in a. uel e. Maſculini generis hic Aeneas. huius Aeneę, huic æneæ, hic poeta, huius poetæ, huic poetæ:-

¶ Fœminini generis hæc Minerua, huius mineruæ, huic mineruæ hæc Diana huius dianæ;-

Aulas aulai
Familias familiai
Virgilius
Ennius
Aeneas aenea
Mæcenas tis.

¶ Dicũt qdã ueteres in prima declinatiõe ſolitos nomina gtõ caſu p as. ꝓferre. Itẽ dtõ p i. ueluti hæc aula. huiuˀ aulas, huic aulai & iã inde pſeueraſſe paterfamilias. Itẽ adhuc morẽ eſſe poetis in dtõ caſu. ut aulai medio. Virgi. frugiferai. Ennius in annalibus.

¶ Multa ſunt ſanè nomina ſimilia primę & tertię declinationis Aeneas & Mæcenas, dè qbus quid dici poteſt niſi ꝙ genitiuus ſit arbiter utriuſq; declinationis diſcernẽs nomina. Quare ergo Aeneas æneæ, Mæcenas uero mæcenatis faciet, ꝙ nomina græca in ας ꝓductã terminata uel diſſyllaba flexa, quũ apud eos ꝑ genitiuum ου. habẽt ſyllabã in extremitate apud nos primę ſunt declinationis ut λυσίας λυσίου, ἀμύντας ἀμύντου & diſſyllaba flexa ἄντας ἄντα, μένας μένα. qui & apud latinos antas antæ, Menas næ. Nam dryas dryantis & thoas thoantis quia nec flectuntur & omnia aut in τος aut in δος, apud græcos gtõ exeuntia eodem caſu apud nos o. græco in i. mutato efferuntur. ut δρύας δρύαντος. εὔπολις εὐπόλιδος. nos dryas dryantis, eupolis eu-

Menas mena.

polidis dicimus. Similiter & in fœmininis. Item orontes orontæ. Achates Achatæ facit. Quoniam & apud grecos per ου efferũtur. Qualiter compoſita ſunt & ſecundæ apud græcos ους tertię ſunt apud nos declinationis. ut Διογένης Διογένεος καὶ νους, Ἀριστοτέλης Ἀριστοτέλεος καὶ λους. apud nos Diogenes nis. Ariſtoteles Ariſtotelis. Incuſatiuus huius primæ declinationis, aut per am, aut p an, per an erit ex nominibus græcis, ut hic callias hunc callian. Per am ex latinis, quæ aut in a aut in es exeant. ut hic Seneca, hunc Senecam, hic oronta quum latine reformatur, & hunc orontam dicimus. nam ſi non reformetur oronten poterimus dicere. ut Virgi. fidumq; uehebat oronten. Exempla primæ declinationis maſculini generis in as, ſingulariter. hic Aeneas. æ. am. a. a. Pluraliter æ. arum, is. as. æ. is. Similiter in a ſunt, hic Poeta. tæ. tæ. tam. ta. ta. Pluraliter tæ tarum tis. tas. tæ. tis. habere nominatiuum. ut hic Anchiſa, & hic Anchiſes. & ſiquidem erit nominatiuus. hic Anchiſa declinatur, ut hic poeta, ſiue hic Anchiſes habuerit nominatiuum aliter declinatur, q̃ duo nomina ſupraſcripta, Illa enim aut in as. aut in a. efferuntur, hæc in es. hoc ſic declinatur hic Anchiſes immutat quatuor caſus ſingulares datiuum, incuſatiuum, uocatiuum, ablatiuum. uti huic Anchiſæ hunc Anchiſen, o Anchiſe, ab hoc Anchiſe ut tantummodo genitiuum ſingularem ſupraſcriptis nominibus ſimilẽ habeat fœmininorum nominũ, nominatiuus (ut ſupra diximus, in a. effertur & declinatur eodem modo ſicut poeta, ut hæc fortuna, & cętera uſq; ab his fortunis:–

Diogenes is Ariſtoteles is.

Oronta tæ. Virgi.

Anchiſa & Anchiſes in nominatiuo.

¶ Sunt quædam nomina fœminini primi ordinis quæ in datiuo plurali in bus ſyllabam efferuntur ut hæc dea. Pluraliter his deabus ut hæc liberta, pluraliter his libertabus, ſimiliter filia. pluraliter his filiabus:–

Deabus Libertabus Filiabus.

Ordinis ii.

¶ Secundæ declinationis nominatiui ſunt hi quorum genitiuus i. facit. efferuntur hæc ſecundum declinationem maſculinorum p us. er, ir, eus. aliqua in us. neutralia in um. & in us. maſculina quidem ut hic auguſtus, huius auguſti, item & hic puer huius pueri. Itẽ ir. ut hic uir huius uiri. Item eus, ut hic Peleus huius Pelei. Fœminina us ut hic cypreſſus huius cypreſſi. ut hæc laurus huius lauri. Neutralia in um & in us. ut hoc donũ huius doni. hoc uulgus huius uulgi. hoc pelagus huius. pelagi. hoc uirus

Auguſtus huius Auguſti Vulgus, pelagus neutri generis & numeri tãtũ ſingularis.

huius uiri,ſed hæc duo nomina, uulgus, & pelagus,pluraliter nō declinãtur quanq̃ multi uulgus maſculine extulerint. Virgi. In uulgū ambiguū.Longe ſolent errare qui ſecundæ declnationis fœminina negant eſſe,quum plura inueniãtur.ut hęc colus coli, aluus alui,hæc humus humi.Item ſimiliter errant qui omnia ge nera arborū quartæ declinationis ſolent aſſignare, inuentis ipſis apud Virgi.& uos ó lauri carpā,& te proxima myrte.Item fagus pirus,ulmus,cypreſſus,taxus,buxus,ceraſus, platanus. Conten dunt tamen nonnulli dicentes laurum & myrtū eſſe quartæ de clinationis,& tamen auctoritate mutari in uocatiuo caſu. Item Virgilius dixit qui tripodas clarii laurus qui ſidera ſentis.

Virgi.

Vulgus etiam maſculine decli natur.

Arborum nomina an omnia quartæ declinationis ſint aſſignanda.

Laurus myrtus an quartæ tantū declinationis

¶ Sanè ut breuiter dicam in us. exeuntia nomina, ea demum ſecūdæ declinationis ſunt.quæ propria uidentur.ut Marcus An tonius. Itē illa appellatiua q̃ fœminina in in a. faciunt,ut ſuper bus ſupba,celſus celſa,Nā ſi non faciunt fœminina, ſine dubio quartæ ſunt declinationis.ut ſenatus,aſcenſus. Item illa quæ ex participiis ueniūt.hic tractus huius tracti.hic preſſus huius preſ ſi.Item & quæ nominatiuo corripiuntur.ut locus.mundus. coſmos,ſomnus.Item pleraq; ciuitatum nomína ut Damaſcus,Be rytus,Biblus.Tyrus.Si qua horū maſculina nominatiuo produ cuntur, nec fœminina faciunt, hæc omnia quartæ ſunt declina tionis,ut hic ſenatus huius ſenatus, quanq̃ ueteres omnia quar tæ declinationis ut ſecundæ extulerunt.ſicut Salluſtius. Nā duo bus Senati decretis,& Terentius,queſti gratia uel tumulti.Exci piuntur hæc ſola quæ ſunt declinationis tertiæ,quoniam & cre ſcunt genitiuo.Maſculina quidem hic ligus liguris,hic lepus le poris,uetus ueteris. quod eſt commune trium generum.Fœmi nina hæc.hæc iuuentus iuuentutis,hæc ſeruitus ſeruitutis,ſene ctus ſenectutis,ſalus ſalutis,uirtus uirtutis,uenus ueneris,tellus telluris,palus paludis,fraus fraudis,laus laudis,ſus ſuis.

Vs in nominatiuo ſingulari terminata nomina, cuius ordinis.

Mundus.

Senatus & ſenati in genitiuo.

Senati decreta

Queſti gratia.

Vetus cōmune triū generum.

¶ Item ſecundi ſunt ordinis quæ in eus apud græcos proferun tur ut Tydeus, hic enim Tydeus huius tydei. Item ea nomina ſecundo ordini attribuuntur , quæ apud græcos genitiuo caſu πλεονοσύλλαβα,ut ἀχιλλεὺς ἀχιλλέως. ὀδυσσεὺς ὀδυσσέος ut Achilleus Achillei,Vlyſſeus Vlyſſei. ſed quidam dicunt hic Achilles huius Achillei,hic Vlyſſes huius Vlyſſei.alii uero ter tii ordinis dicunt eſſe,ut hic Achilles huius Achillis, hic Vlyſ ſes huius Vlyſſis.Nomen maſculinum ſingulare ſimiliter decli

Secundi ordinis in eus. nomina.

Achillei & Achillis

Vliſſis & Vliſſei.

nationis ſecundæ, ita utroq; numero declinatur. Singularis hic Marcus huius marci.co.cum.ce.co.& cætera uſq; ab his marcis. Item quæ ante us. ſyllabam i. habent, ſic declinantur geminata ii. in genitiuo ut hic concordius concordii, item fœminina hęc laurus lauri.

In us correptũ nomina ſingulariter tantum declinantur.

Virus ab hoc uiro.

Neutrum nomen in us correptum quod ſingulariter tantum declinatur. hoc uirus o uirus, ab hoc uiro. Neutrum in um. hoc bellum huius belli & reliqua. Item quæ ante um. habent i. ſimiliter declinantur geminata i. in genitiuo hoc ſtudiũ, ſtudii, & reliqua. Illud memineris ꝙ omnia nomina maſculina quæ ante us. ſyllabam i. habent in genitiuo ſingulari eandem i literam geminatam recipiunt. In uocatiuo uero ne ſimilis ſit genitiuo ſingulari unam i. corripiunt ut hic concordius huius concordii o concordi. Item datiui & ablatiui plurales eandem literam geminatam recipiunt ut his & ab his concordiis. nam de uocatiuo nihil dicendum eſt, cum ſciamus omnium nominum uocatiuum pluralem ſimilem eſſe nominatiuo plurali. ut hi cõcordii o concordii. Item neutra quæ ante um. ſyllabã i. habent genitiuo ſingulari & datiuus & ablatiuus plurales eãdem i. geminam recipiunt, ut hoc ſtudium huius ſtudii his & ab his ſtudiis. Nomen quod apud græcos in eus profertur ſic declinatur ſingulariter. hic Tydeus, huius Tydei, huic Tydeo, hunc Tydeum, o Tydeu, à Tydeo. Pluraliter hi Tydei, deorum, deis, deos. & deas, dei, à deis.

Tydeu

Item græca nomina in us terminata, quæ apud græcos aut creſcunt, aut per os. efferuntur, hæc o. literam in i. mutant, & declinabuntur ut tertiæ declinationis, ut Melampus melampodis, item eunus eunois, euplus euplois. In er. uero tantum maſculina perueniunt hac declinatione.

Melampus odis
Eunus ois.
Euplus ois

¶ Nãq; fœminina aut neutralia ſine dubio tertiæ declinationis ſunt, aut fœminina quidem. Hæc mater huius matris. Neutralia uero hoc papauer huius papaueris, cadauer cadaueris. Maſculina hæc a gręcis proficiſcuntur. omnia enim quę apud græcos aut per ρος aut per τρος aut per δρός aut per κρός, efferuntur hæc omnia amiſſa græca extremitate & per elata, ut ſecundæ declinationis declinatur ut ἀγρος, ager agri. ἀντίπατρος, antipater antipatri. Μέναδρος. Menãder. τεύκρος. Teucer teucri. quanq̃ Virgilius extulit Teucrus & Euandrus. Duo hæc nomina ſuo ſtatu permanent Codrus & Gongrus, non enim dicitur Coder nec Gonger. Item ea nomina quæ per fer aut per ger componuntur

Ager
Antipater
Menander
Teucer & Teucrus
Euander & Euandrus
Codrus, & non Coder.
Gongrus & nõ Gonger.

genitiuum faciunt per i.literã ut lucifer,armiger,feri,geri.

¶ Item ea nomina quę ut ſupradictum eſt fœmininum in a faciunt ſine dubio ſecũdæ ſunt declinationis,ut piger pigra,& niger nigra.Reliqua uero maſculina quæ neq; a gręcis proficiſcuntur,neq; ex cõpoſitione ueniunt,neq; fœmininũ faciũt in a.Hęc omnia tertiæ ſunt declinationis.ut pater patris.frater tris.exceptis his ſolis,cãcer,liber,gener,ſocer,auſter,aper,puer,ager caper,oleaſter,q̃ utiq; gtĩũ in i,literã faciunt. Exẽpla ſecundæ declinationis in er.hic piger huius pigri,huic pigro & reliqua.In ir uero q̃ finiuntur hæc tantũmodo inueniũtur.& ipſa maſculina uir leuir & ir qdem indeclinabile.leuir huius leuiri facit.& uir uiri. & q̃ ab eo cõponuntur.ut duumuir duũuiri,triumuir triũuiri, & ſimilia.Græca uero quæ gtõ græco aut creſcunt.aut per us efferuntur,hæc o. literam in i.commutant,& declinantur ut tertiæ declinationis. ut Melampos melampodis.Scio in hac declinatione n̄tĩm ſingularem quadrifariam efferri.per e. per er.per ir.per i.& quidem per e.eorum quæ in us terminantur ut Marcus ó marce.per eorum,quorum ntũs p̃ eaſdem literas p̃fertur, ut hic niger o niger.Similiter & per ir ut hic uir o uir.

Ir indeclinabile

Duumuir

Triumuir

¶ Item per i.eorum quorum ſimiliter in nominatiuo ante us. ſyllabam i. litera interpoſita eſt,ut cælius o cæli.hic concordius o concordi. Exempla ſecundæ declinationis in ir.hic uir huius uiri huię uiro.& cætera.

¶ Ordinis tertii.

¶ Tertiæ declinationis nominatiui ſunt hi . quorum genitiuus is facit.effertur hoc ordine ſic.Per a.al.an.ans.ar.ax.per e.el. en. ens.er.es correptam,es productam.Item ex per i.il.in.is.ix per o. ol on.os.or.ox.per u.ul.ur.us.ius.ut.ux.Item nominatiui qui in duas conſonantes terminantur, ut Mars martis Trabs bis. lanx lancis,municeps municipis,negligens negligẽtis.hyems hyemis. Et ſi qui alii nominãtiui ſunt q in aliis declinationibus locum nõ habẽt,tertii ordinis erunt . Agamus igitur per ſupraſcriptos nominatiuos ſic a litera terminata ſingularia neutra nulla inueniuntur niſi peregrina,ut poema,toreuma,emblema.de quibus dubitatur , quem caſum genitiuum & ablatiuum habeant pluraliter. legimus enim toreumatum & toreumatorum. Item toreumatis & toreumatibus . & ſic ſimilia de quibus plenius ſub titulo de extremitatibus nominum explanatum eſt. Exem

Nominatiuus tertiæ declinationis.

A. terminata neutra.

Al terminata. Animal & animale. Tribunal & tribunale. Hannibal. Sal dubii generis. Sale, mare, lacte, enũtiandũ

plum tertiæ declinatiõis a. neutri generis.hoc poema huius poematis huic poemati & cætera.al.neutralia tantum inueniuntur. ut hoc animal huius animalis.hoc tribunal lis.hoc bidental lis. horum ablatiuus per i effertur.ut ab hoc animali,tribunali,bidentali.Multi uoluerũt ntm̃ per e.efferri,ut hoc animale,tribunale,bidentale.Si qua horũ maſculina inueniuntur,hæc barbara ſunt ut Hannibal,Adherbal,Martanabal.& ſic alia romana parum ſint. Vnum hic latinum nomen inuenitur quod in al terminatur,quod quæritur quomodo debeat declinari. Alii enim dixerunt nominatiuũ hic ſal huius ſalis & hi ſales,hoc iocum ſignificat.Sal hoc non eſt dicendum,quia nullum latinum in hac finitur extremitate.Sale igitur ut mare & lacte ut maris & lactis ita & ſalis dici debet,& erit ſemper ſingulare.

An exeũtia nomina græca ſũt. Pæanas an pæanes. Alcmanas an alcmanes. Titanas an titanes.

¶ An nulla latina ſed omnia maſculina & græca inueniuntur. aut ſingularia.hic titan,huius titanis,huic titani.nem.& na.titan titane.Et pluraliter hi titanes.nibus.nes & nas.nes.nibus.In an quæ ueniunt(ut ſupra dictum eſt)ferè græca ſunt.ut Pæan,Alcman.hæc nomina in uno caſu habent quæſtionem,ideſt in accuſatiuo plurali,pæanas enim & titanas & alcmanas dixerunt pleriq;,qui errant.nullum enim nomen in has extremitates uenire poteſt accuſatiuo plurali,niſi prius nominatiuus ſingularis in à uenerit,ut hic panſa hos panſas hic Catilina hos Catilinas, & quæcunq; nomina genitiuis ſingularibus is.literas acceperint,ea nunquam accuſatiuo plurali as literas accipiunt.

Et quæcunq; ablatiuo caſu in e.uenerint,neceſſe eſt.m.adquiſita accuſatiuum faciant.ut ab lege legem,ab rege regẽ.ergo pæanem & titanem dicemus. quum non poſſint pæanas & titanas proferri.Nam quæ ablatiuo a. accipiunt ea per as accuſatiuum faciunt.ut à Cæcilia has Cæcilias,á Sempronia has Sempronias. Ergo hos pæanes,hos titanes.ut hos reges,& has leges.

¶ Ans commune trium generum inuenitur, ut hic & hæc & hoc ſtans ſtantis.

Lucar ris.quid. Par & impar trium generum

¶ Ar maſculina tantum & neutralia inueniuntur. Maſculina ut hic Cæſar cæſaris. lar laris. Neutra ut hoc lucar lucaris τὸ λύκαφος torcular torcularis. Inueniuntur & communia trium generum ut par,impar.Faciunt enim hic & hæc & hoc par,horũ nominum duorum,paris & imparis.Ablatiuus dupliciter effertur.ut ab hoc pare & pari.Præcipue hic quæritur in neutralibus

Torcular ris. Puluinar ris. a producta cur efferantur.

cur torcular torcularis.puluinar puluinaris producta a.litera.at lucar a litera correpta efferatur. Scilicet torcular ideo produci tur.ꝙ quibuſdam placuit hoc torculare dici,non torcular & hoc puluinare non puluinar.Exempla maſculini generis in ar hic cæſar cæſaris,& cætera.& pluraliter hi cæſares.rum. bus. Communia trium generum in ar ſic declinantur . hic & hæc & hoc par, huius paris,& reliqua uſq; ab hoc & ab hac pare & pari.Pluraliter hi & hæ pares & hæc paria , horũ & harum parum & parium & cætera.Item neutri generis ſingulare hoc torcular & reliqua, uſq; ab his torcularibus:-

❡ Ars fœminini generis inuenit̃ ut hęc ars huiꝰ artis & cętera:-

As finita maſculina.

❡ As maſculina & fœminina tantum inuenies.ut hic mæcenas mæcenatis, hæc dignitas huius dignitatis & cætera . Item græca quæ genitiuum per tos,latinum per tis faciunt.ut thoas thoantis,gigas gigantis.Cum ergo omnia genitiuo diuerſe efferuntur uas uadis,mas maris,as aſſis.Neutralia quidem duo,ſed indeclinabilia.ut hoc fas huius fas.nefas,nugas.hoc licet indeclinabile ſit tamen cõmune trium generũ hic & hæc & hoc nugas, exempla declinationis maſculini generis, hic mæcenas huius mæcenatis & reliqua. Pluraliter mæcenates,mæcenatum & cætera . Item fœminini generis ſingularis,hæc dignitas & reliqua . Neutralia indeclinabilia ſunt ut nugas,quod eſt cõmune triũ generum:-

Fas. Nefas. Nugas.

Ax terminata.

❡ Ax. maſculina tantum & fœminina inueniuntur . neutralia propria aut maſculina hic aiax, huius aiacis.fœminina hæc fax, huius facis:-

❡ Communia uero hic & hæc & hoc audax.Sed horum communium ablatiuus per e. & per i.ut ab hoc audace & audaci.Exempla declinationis maſculini hic aiax aiacis. & cętera.Item fœminini generis hæc fax facis.& reliqua.Item cõmunia trium ge generũ hic & hæc & hoc audax.& reliqua uſq; ab hoc & ab hac & ab hoc audace,uel audaci:-

E. terminata.

❡ In e. neutralia tantum inueniuntur.hoc ſedile ſedilis , hoc præſepe præſepis.

El neutralia.

❡ El.'neutralia tantum inueniuntur pauca admodum. & ſine ulla uarietate.hoc fel fellis.hoc mel mellis,quæ ſimili modo declinantur ut cætera neutra tertii ordinis.Eſt hæc quæſtio in illis, an poſſint tranſire in pluralem numerũ,quod pleriſq; diſplicuit, eò ꝙ quædam nomina monomere ſunt in numeris.Niſus hęc ele

Niſus grammaticus.

Mella *Vina*

ganter pluralem nominatiuum tantum in mella & uina ſecundum conſuetudinem dici poſſe. ita quũ in genera recipiuntur. ut Attica mella, Italica uina.

En terminata. *Tibicen quid* *Lituus quid*

¶ En maſculina tantum, & neutralia inueniuntur, & maſculina quidem hæc ſola. hic rien rienis, lien lienis, flamen, flaminis, pecten pectinis. fidicen fidicinis, tibĩcen tibicinis media longa ex tibia. cornicen cornicinis. liticen liticinis ex lituo quod eſt genus tubæ minoris, tubicen tubicinis, cætera uero neutralia ſunt, ut hoc certamen certaminis. Declinantur hæc ſupraſcripta nomina ut tertii ordinis: –

Ens finita

¶ Ens communia trium generum inuenies ut hic & hęc & hoc uehemens, hic & hæc & hoc patiens. hic & hæc & hoc cliens, & declinantur eodem modo ut ſupraſcripta uehemẽs uehementis patiens tis. cliens tis: –

Iter & itiner itineris.

¶ Er trium generum nomina inueniuntur. maſculini ut hic pater. fœminini ut hæc mater. neutri ut hoc papauer. Vnum hoc inuenitur quod genitiuo creſcit duabus ſyllabis ut iter itineris apud ueteres inuenimus hoc itiner. Exempla declinationis in er. hic pater patris. hæc mater matris. hoc papauer papaueris & cætera. In es correpta maſculina & fœminina neutralia nulla, niſi quæ per communionem ueniunt, ut hic & hæc & hoc teres. & ſunt maſculina hic miles, comes, fœminini hæc ſeges. Quatuor inueniuntur quæ genitiuũ diuerſum faciunt. nam quum omnia efferantur per tis. ut miles tis. comes tis. hæc ſola genitiuum per dis faciunt. & ſunt hic præſes dis. reſes dis. ἄρτος deſes dis. obſes dis. ideo per dis quod ex uerbis trahũtur. Exempla declinationis in es correpta, hic miles tis. hæc ſeges tis: –

Reſes quid *Teres trium generum*

¶ Neutrũ nõ inuenitur niſi triũ generũ hic & hęc & hoc teres.

Es producta

¶ Es producta maſculina tantum & fœminina inueniũtur. Maſculina hic Hercules. fœminina hæc labes. Exẽpla declinationis in es productam. hic Hercules huius Herculis. hæc labes labis.

¶ Ex. mas & fœmina inueniuntur. hic ſenex ſenis. hęc lex legis.

Tanaquil fœminum.

¶ Il maſculini inuenitur hic uigil uigilis, mugil lis. pugil lis. & cætera. Fœmininũ unũ Tanaquil Tanaquilis. Neutrũ nullum: –

¶ In latinũ nullũ. græcũ inuenitur ut delphin nis. Telchin nis. horum incuſatiui ſecundũ græcã declinationẽ terminantur. ut apud Vergi. Orpheus in ſiluis inter delphinas Arion: –

Is terminata.

¶ Is maſculina & fœminina tantũ inueniuntur, hic ignis ignis, hæc puppis

hæc puppis puppis . Communia utriuſque generis.

¶ Ix. maſculina,fœminina & communia inuenies.hic calix calicis,hæc pix picis,hic & hæc & hoc felix & pernix. *Ix finita,*

¶ O. maſculina fœminina & neutra inueniuntur.hic ordo.hæc deſcriptio,hoc tabo, pondo quæ inter monoptota ſunt:- *Tabo,Pondo*

¶ Ol.maſculinum inuenies tantum ut hic ſol:-

¶ On . maſculinum inuenitur & ipſa græca . hic Laocoon tis. hippocoon tis:-

¶ Or.maſculina & fœminina & neutra inueniūtur, hic prætor, hæc uxor,hoc marmor,robor,æquor:- *Or littera terminata.*

¶ Os maſculina & fœminina & communia inueniuntur,hic os oſſis,hæc arbos arboris,hic & hæc & hoc cuſtos.Eſt neutrum hoc os,hæc ora:- *Arbos, Os*

¶ Vl.maſculinum inuenies. hic exul hic conſul præſul . unum barbarum Suthul:- *Suthul*

¶ Vr.maſculinum inuenies & neutra, communia quin etiam, ut hic fur,hæc turtur & fœminis.Iecur,quod genitiuum duplicem facit , nam & iecoris & iecinoris:- *Iecor iecoris & Iecinoris.*

¶ Vis, maſculina,fœminina inuenies , hic ſanguis ſanguinis, hæc nauis nauis:-

¶ Vs.mas.fœminina & neutra inueniuntur,hic ſtercus ſtercoris. hæc uenus ris. hoc nemus ris:-

¶ Vt neutra ſunt & pauca . ut caput capitis. & hoc ſinciput ſincipitis:-

¶ Vx.maſculina & fœminina inuenies & cōmunia.hic pollux cis.hæc nux cis.dux cis, crus.Commune trux. *Vx finita. Trux cōmune.*

¶ Ordinis quarti.

¶ Quarta declinatio nm̃ & gtñ in us facit.aut maſculina hic ſenatus huius ſenatus.aut Fœminina hæc porticus huius porticus,hæc anus huius anus,hæc domus huius domus.habet & neutrale.quod in ſingulari quidē numero monoptotum eſt p u.In plurali uero recipit caſus ſuos ut hoc cornu huius cornu, Pluraliter hæc cornua & cætera.Itē hoc genu huius genu,ſimiliter gelu,tonitru,ueru.Eſt & alius ordo declinationis,quē alii ad ſecūdum ordinem pertinere dicunt,quod genitiuum in i.literam facit. alii tertii putauerunt, quoniam accuſatiuum in em . Item datiuum & ablatiuum pluralem in bus facit. quem ideo nulli parti tribuentes quintæ declinationis eſſe putauere . profertur *Quarti ordinis nominatiuus & genitiuus in us.*

Dies in ſingu. duby generis, in plurali tantum maſculini.
Speciеum & nõ ſpecierum.
Materieum & nõ materierum.
Luxurieum & nõ luxurierum.
Pernicies huius pernicies & perniciei
Maſculina ſemper ſingularia.
Clauus impurpurata ueſtis
Cruor quid
Fimus quid
Genius quid
Muſcus quid
Barba, Galla, Hara quid
Cœnum quid
Allex piſcis qui
Iuſtitium quid
Ius quid
Iura Iuribus
Rudus, Siler, Siſer.
Viſcũ & uiſcus

hoc per es ut hic & hæc dies huius diei . dum tamen ſciamus pluraliter hæ dies & has dies non oportere nos dicere.quamuis ſingularem fœmininum dicamus.cętera tamen ſimilia fœminino modo proferentur tantum,ut hæc ſpecies ſpeciei hæc materies materiei,luxuries luxuriei . quare ſpecierum pluralem genitiuũ non ſimiliter obſeruabis ſicut in die & meridie per rum,ſed per um ſyllabam,ut ſpecieum materieum,luxurieum.ſed ueteres in hac ſpecie declinationis genitiuum ſingularem ſimilem nominatiuo dicebant. Inde inuenies in quibuſdam pernicies ꝑ perniciei,ut ſit hæc pernicies huiuspernicies, hæc luxuries huius luxuries,& cætera huiuſmodi ſimiliter declinabãtur cõpletis qnq; ordinum declinationibus,uenimus ad ipſas nominũ obſeruationes,per quas & genera & numeri diſcernuntur:-

¶ De obſeruationibus nominum quibus genera & numeri diſcernuntur.

¶ Sunt quædam nomina quæ ſingulariter tantum proferũtur. Sunt & quæ pluraliter tantum, hæc penè maiori ex parte collecta ſub quoq; ordine ſubiiciemus.

¶ Maſculina ſemper ſingularia.hic clauus ideſt impurpurata ueſtis ideſt ἀπόρφυρος ἐσθής καὶ ὁ ἧλος hic clauus ὁ λύθρον cruoris inquinatio. hic genius, ἡ τύχη ἑκάστου, hic limus, hic puluis hic muſcus,herba quæ in parietibus uel corticibus arborum naſcitur uel hæret:-

¶ Item fœminina ſemper ſingularia . hæc barba ὁ πώγων hæc culpa hæc eloquentia,elegantia,fames,hæc græcia ἡ ἑλλάς. hæc galla ἡ κηκίς , hæc hara , hæc labes, hæc lux.memoria,malitia, pax, proſapia, rabies, ſupellex, ſanies, ſecordia, uecordia,ſitis, tabes, uis:-

¶ Item neutra ſemper ſingularia . hoc callum , barathrum , cænum , ὁ βόρβορος hoc genu , hoc Allex ἄλλεξ · ἰχθὺς ταριχευμένος , Iuſtitium quando ius ſtat . hoc ius ὁ ζωμὸς ζωμὸς τόθικόν & iura & iuribus , legimus lætum mors , hoc marmor, hoc pelagus , rudus κονιορτός robor, rus. Sed Virglius & pluraliter dixit per florea rura.Sulphur,ſcrupulũ ſinapi, hoc ſiler κύπειρον ſiſer ἄγριον σέλινον uulgus,uirus,uiſcum ſed Plautus uiſcus dixit:-

¶ Item maſculina ſemper pluralia,hi antes,hi carceres,à coercendo & carcere Proniq; in carcere pendent. Virgilius. Hi Cælites

οὐρανιῶνες, quum Virgil. dixit cana fides, ſed ibi deam dixit hĩ caſſes, hi cancelli, foci furfures, fori, loca ſpectaculorum. Item fori ſunt in nauibus quo nautæ ſedentes remigant, fræni, ſed & fræna & frænum inuenimus, Inferi, hi grumi οἱ τῶν ὄρων, λίθοι lendes κονίδες, liberi, lares. Sed legimus & lar laris, ſicuti mas maris, hi ludi, loculi legimus & loculus, hi lemures, νυκτερινοὶ δαίμονες mores, ſed & mos legimus, maiores, inferni, & inferi, manes δαίμονες, hi natales ideſt nobilitates, noſtrates, ſed huic ſingulare quidam dant, ut noſtrâs noſtratis, ut poteſtas poteſtatis, Magiſtratus, & Magiſtrates inuenimus, optimates, ſed inuenimus optimas, & infimates legimus. Pugillares, πινακίδια primores, proceres, ἔξαρχοι προτάρχοντες, poſteri, plures, plærique penates, quirites, quinquatres, παναθήναια Sentes, ſinguli, ſales, οἱ ἅλες ſuperi, uepres.

ℭ Item fœminina ſemper pluralia, hæ argutiæ, & facit uerbum arguto argutas, hæ anguſtiæ, arae pro penatibus dicimus, nanq; ara ſingulariter, hæ Alpes, τὰ ὄρη γαλλίας, ædes, domus, nam ſi ædis dixeris, templum ſignificas, antennæ, antiæ, blanditiæ, Bigæ, Trigæ, caulę, cerimoniæ, compedes, cunæ, crates, & cratem dixerunt. Copiæ, diuitiæ, delitiæ, dapes, & hæc daps dixerunt. hæ diræ exuuiæ, exequiæ, eſquiliæ, τόπος ἐν ῥώμῃ excubiæ, fauces, fruges, fores, faſces, ſed Cicero dixit faſcem, unum ſi nactus eſſes, per quod intelligimus maſculino genere dici, & non eſſe tantum plurale. Facetiæ ἐνομιλία ἐυςομία fortunæ bona, ὑπάρχοντα οὐσία, feriæ, faleræ, genæ, grates & gratiæ, gingiuæ, gerræ, ὑπλεκτινάτα πρὸς φερόμενα, τείχισιν. Indutiæ, inferiæ, inſidiæ, inimicitiæ, ineptiæ, hæ idus ἴδοι, inlecebræ, Kalendæ, litteræ, latebræ, græce πύλωμα, minæ, ἀπειλαὶ manubiæ, nuptiæ, nares, nundinæ, nonæ, neniæ ἐπιτάφια nugæ, opes, Sed Virgilius libro primo, Non opis eſt noſtræ Dido, plagæ, preces, primitiæ, preſtigiæ, quiſquilię φρυγάνων χαίτη σκύβαλα reliquiæ, retes δίκτυον nam & in conſuetudine dicimus in retes meas incidiſti. Retia enim ſi dixeris pluralem facis à nominatiuo, qui eſt rete neutri generis, ſarcinæ ſortes, ſuppetiæ, βοηθία, ſortes, ſcopæ σαρός. dicimus tamen & ſcopa, ſcalæ, κλίμαξ, ſalinæ, ἁλικαὶ. tenebræ, μύχος σκοτία uires,

Cælites qui
Fori qui
Fræni & fræna & frænum
Grumi qui
Lendes qui
Lemures qui
Manes qui
Natales
Nobilitas
Magiſtrates & Magiſtratus
Pugillares qui
Primores qui
Quinquatres
Panathenea latine quomodo.
Fœminina ſemp pluralia.
Argutiæ
Arguto argutas
Aræ pro penatibus.
Alpes quæ
Aedes & ædis in quo differūt.
Blanditiæ
Bigæ, Trigæ
Caulæ
Cerimoniæ
Facetiæ quæ
Fortunæ quæ
Gerræ quæ
Minæ Neniæ q̃
Quiſquiliæ quæ
Retes quæ
Suppetiæ quæ
Scopæ quæ
Scalæ quæ
Salinæ quæ

uindiciæ καρπισια ἐλευθια.

¶ Item neutra ſemper pluralia hæc arma, auia, arbitria, battualia, bona, ὑπάρχοντα breuia, beſalia, iuſta, bacchanalia, caſtra, crepundia, hæc cete, κήτη. hæc Compitalia ideſt ubi eos qui peregre moriuntur colunt Parentarium dicitur. Carmentalia matri euandri ſacrificia inſtituta carmentalia appellata à nomine ipſius. Cerealia, Δημήτρια cunabula, cibaria, comitia ἀρχαιρέσια donaria, diaria, exta, geſa ειλος ἀλουτίου cæſa, Genitalia, Iuga, ἀκρώρια, iugum, ὑποζύγιον Iuſta ἔθιμα, inteſtina, iugera, ſed & iugerum dicimus, lautia ſupellex, liberalia, lumina, apud Virgilium lumen legimus mœnia, magalia καλύβαι ἀγρῶν Mappalia καλύβαι ἀγρῶν hæc Neptunalia ποσειδώνια, hæc orgia, διονύσου μυστήρια. hæc palaria. cum milites ad palos exercentur, hæc parentalia, νεκύσια, hæc præcordia, ὑποχόνδρια, hæc roſtra, locus in urbe ubi concionantur, hæc ſpectacula, θεωρίαι ſpolia, ſponſalia μνῆστρα, Hæc Saturnalia, κρόνια, hæc ſerta στέφανοι στεφανώματα, terminalia, tempora κρόταφοι, ſed Virgilius tempus dixit, hæc uerbera μάστιγες. uiſcera, uada βράχη ſed & uadum dixerunt, uulcanalia ηφέσια quæ ſemper pluralia ſunt, ſi pluſq̄ unum ſignificare uelimus. Siquidem maſculina ſint ſemper pluralia ſunt, utputa hi loculi. Ita dicemus binos trinoſque loculos. Si uero fœminina, ut puta hæ ſcalæ. ita dicemus binas ternaſque ſcalas. Et neutralia ſimiliter utputa hæc ſpectacula.

¶ Elementa ſemper ſingularia ſunt, ut cœlum οὐρανός æther αἰθήρ aer ἀήρ ſol ἥλιος iubar, terra γῆ, mare θάλασσα. Autumnus & autumnum. Maria tamen quamuis dicantur pluraliter attamen nec marium nec maribus dicemus, & terras pro terræ regionibus accipimus.

¶ Item metalla ſemper ſingularia ſunt, utputa aurum, ſtagnum, argentum, caſſiterum, ferrum, orichalcum, æs, aurichalcum, Plumbum, aera quamuis dicantur tamen cæteris caſibus non utimur.

¶ Item quæ menſura conſtant arida dumtaxat quæ numerari non poſſunt ſemper ſingularia ſunt, ut triticum, quod & frumentum dicimus, hoc far, hoc ador adoris frumenti ſpecies, hæc oriza ὄρυζα hæc faba. Vergilius uere fabis ſatio. Inuſita-

Vindiciæ quæ
Battualia quæ
Bona quæ
Cōpitalia quæ
Carmentalia q̄
Cerealia quæ
Comitia quæ
Gæſa quæ
Iuga quæ
Iugum quid
Iuſta quæ
Lautia quæ
Magalia quæ
Mappalia quæ
Orgia quæ
Palaria quæ
Præcordia quæ
Roſtra quæ
Spectacula quæ
Sponſalia quæ
Saturnalia quæ
Serta quæ
Tempora quæ
Verbera quæ
Vada quæ
Vulcania quæ
Bini ternīq; loculi.
Binæ ternæq; ſcalæ.
Elementa ſemp ſingularia.
Cœlum quid
Sol quid
Iubar quid
Autumnus & Autumnum
Terras p regionibus accipimus
Metalla ſemper ſingularia.

ta declinatio. hæc lens, hoc cicer, hoc milium, hoc minium κινάβαρις, hoc paniceum, hoc git monoptotum, μελάνθιον hoc ordeum.

Mel, Vinum
Mulſum quid
Deſrutū quid
Acetum quid
Lac quid
Garum quid
Mella qua ratione dici poſſint.
Lanæ numero plurali quo ſenſu efferuntur.
Oſtia, brixiæ, Abellæ, Argi, Ciuitates.

¶ Item hęc ſemper ſingularia ſunt mel, quamuis Virgilius mella dixerit, oleum, uinum, quamuis Virgilius uina dixerit, mulſum οἰνόμελι defrutum, ἕψημα acetum, ὄξος lac γάλα, garum, muria, liquamen, & ſi qua horum nominatiuo pluraliter efferuntur, cæteris tamen caſibus ceſſabunt. Fel ſic declinatur quomodo mel, Et ſi pluraliter declinata fuerint non ad quantitatem, ſed ad genus referuntur, ut mella, ut ſint multæ ſpecies quaſi locale. ut atticum rhodium, ſimiliter & lanæ ut ſint uariæ ſpecies lanæ quaſi mileſia & hiſpana.

¶ Item nomina fluminum, & montium, & ciuitatum ſemper ſingularia ſunt, niſi quæ natura pluraliter enunciantur. ut Athenæ, & Thebæ, Baiæ, Cumæ, Puteoli, Oſtia, Brixiæ, Abellæ, Argi :-

¶ Item ſingularia ſemper ſunt quæ nec uideri, nec tangi poſſunt. Verum ab his in alterutram partem doloris aut gaudii adicimur, ut gaudium quamuis Virgilius & gaudia dixerit latone tacitum prætemptant gaudia pectus. uigor, metus, lætum, timor, terror, inſania, ſopor. ius & pluraliter iura tantum, iuſtitia, mœſtitia, ſtultitia, ſenium, ſenilis morbus, ſcrupulum, ſapientia, ſalus, fides, πίστις, perfidia ἀπιστία, macies maciei, macer, macri, miſericordia, inertia, ſegnitia, pigritia, uelocitas. Sed āuctores non uſquequaq; hæc obſeruauerunt:-

Senium quid
Fides quid
Perfidia quid
Macies ei.

¶ De Monoptotis.

¶ Sunt quædam nomina tota in declinatione, & ſingulari, & plurali, Monoptota. In quibus & communia trium generum ſunt, aut maſculini, fœminini, & neutri. Neq̃, frugi, nihili, nugas, Pondo m. f. n. quanquam unum pondo, non dici ſciamus, ſed in libram referamus utputa unam libram, duas libras, duo pondo & deinceps obſeruamus. Id quoq; obſeruabimus ut quoties dē metro loquamur, correpta o. litera dicamus, duo milia. In accentu longo duo homines, ambo homines, ambæ mulieres dicimus:-

Neq̃, Frugi Nihili.
Pondo numeri tantū pluralis & neutri generis.

¶ Sunt quædam nomina ſingularia tantum monoptota, quæ pluralia non habent, & ſunt neutralia, ut fas, ir, tabo, git, nefas,

Fas, Ir, Nefas.

Par. Cepe. Tabo Git. Inſtar. Sinapi monoptota. Heteroclita q̄ Gelu, Cenu. Teſtu quid Veru. Oſſu Seru. Pecu & Pecus Sponte, opem Vicem. Ioca loci Pomarius Pomaria Ioca Ioci Porrum porri Numeri non declinantur. Literarum elementa indeclinabilia.

inſtar, par, ſinapi ❀ unde ir appellant. Cæpe & hæc cæpa, huius cæpæ:-

¶ Sunt quædã nomina tantum monoptota quæ pluribus caſibus naturalem declinationem admittunt, & appellantur heteroclita. ut gelu, genu, teſtu ὄστρακον. Sed Virgilius hęc teſta in georgicis & ueru ὀβέλισκος ſeru ὄρρος tonitru, cornu, oſſu. ὀστέον & os oſſis ut infra apparebit, inter. monoſyllaba. Pecu & pecus pecoris: ſicut apud Salluſtiũ de ❀ & apud Virgiliũ, & ſucus pecori, & lac ſubducitur agnis. & alibi. pecoris q̄ lactis abundans ❀ ut Cicero. ſunt quædã plurali tantum monoptota cõmunia ❀ aliquot, quot, quot hęc alii poſuere inter aduerbia. Sunt quædam, quæ ſingulariter non in omnibus caſibus cadunt. uerum pluralem numerum admittunt apud Vergilium fronde ſuper uiridi. Frugem, & fruge poteſtates ❀ ſunt quædam quæ non admittunt in quibuſdam caſibus.

¶ Septimus caſus eſt ſponte. & huic declinatio nulla, præter ablatiuum & cætera. ut opem, ut ſit auxilium, & uicem nam hæc nominatiuum non habent. Sunt quædam quę ſingulariter quũ declinãtur, in pluralibus mutãt genera. Pluraliter hæc loca & hi loci, hic Pomarius. Pluraliter hæc pomaria. hoc frænum. hic iocus hæc ioca. & hi ioci. hoc porrum & hi porri:·

¶ Numeri non declinantur. præter unum, & duo & tres, ex quattuor uſq; ad centum à centeſimo:-

¶ Elementa literarum indeclinabilia ſunt.

Hypocoryſma quæ nomina admittunt. Rana, Ranunculus, Anguis, Anguilla Glandiũ, Glandula, Panis, Paſtillum, Beta, Betaceus, Malua, Maluaceus. Piſtrinum, Piſtrilla, Enſiculus Nominatiui ad regulã redacti.

¶ Nomina Hypocoryſmata.

¶ In primis monoptota hypocoryſmata nõ recipiunt, neq; elementa. Item fluminum montiumq; nomina & urbium.
Item hominumq;. Item dies feſti, & litterarum elementa.
Item numeri hypocoryſmata ſemper generibus ſuis unde oriuntur cõſonant. hic ranunculus, hic anguis, hæc anguilla, hoc glandium, hæc glandula, hoc paſtillũ, ut Varro dixit. hæc bæta hic betaceus, hæc malua, hic maluaceus. hoc piſtrinum hæc piſtrilla. ut Terentius in Adelphis, hic enſis enſiculus. ſic in rudente Plau.
Enſiculuſt aureolus primum litteratus.

¶ De nominatiuis ad regulam redactis.

¶ Omnia nomina quæ in en. terminantur, in nominatiuo caſu, ea in genitiuo efferuntur per is. mutata præcedente ſyllaba mi. Sunt pene omnia neutralia, exceptis his tantũ nouem quæ ma-

ſculina uidentur.& ſunt maſculina in en. hic tubicen tuba longa,tubicinis, liticen ex lituo,tubæ genus. liticinis. cornicen, ex cornu minore,cornicinis.tibicen ex tibia tibicinis,fidicen ex fidibus fidicinis, lien σπλὴν lienis, rien νέφρος rienis & rena,flamen καίσαρος , ἱερεὺς , flaminis . pecten pectinis . Neutralia in en. ab a . Abdomen λαπάτρα abdominis , acumen acuminis . agmen agminis . bitumen ἄσφαλτον, bituminis columen στερέωμα.

Tubicen. Liticen,Cornicen quid & unde
Cornu quid
Lien quid
Rien quid
Flamen quid
Abdomen quid
Bitumen quid
Columen quid

¶ Omnia nomina l.litera terminãtur eadem nomina neutralia quæ per l. terminantur etiam per e. literam terminari inuenimus ut tribunale,animale,bidentale:-

Tribunale & Tribunal
Animale & Animal.
Bidentale & Bidental.

¶ Omnia quæ ar.ſyllabã terminantur neutralia ſunt.ut exemplar,iubar inſtar,extar.θεατρικὸν ἀργύριον lacunar,& ſimilia. exceptis his.Cæſar,lar,par commune eſt enim, & quæ ex eo componuntur . ut diſpar, compar, buſtar , locus ubi cremantur mortuorum corpora.

Extar quid
Buſtar quid

¶ Omnia nomina quæ o. terminantur, aut maſculina aut fœminina ſunt, hęc neutralia inuenimus,ut hoc pondo,hoc tabo, quæ inter monoptota adnotauimus . Quum hæc maſculina ſeu fœminina ſunt,hæc genitiuum per is habent,præcedente o.quæ nõnunq̃ ſeruant.Cicero Ciceronis.Apollo inis.emptio onis. fortitudo nis . turpitudo turpitudinis . Sed quia rationem minus habent maſculina, quando mutent . fœmininorum rationem exponemus:-

¶ Tunc enim fœminina ſeruant o.literam ſi quando ſit ti.ante nouiſſimum o.ſyllabam, ut diminutio onis . ſubſcriptio onis. Sin hæc fuerit alia littera coniuncta tunc utiq; o. in i . mutant. ut ualetudo dinis.cupido nis . Ne hæc quis reprehendere poſſit? neceſſe habemus hoc obſeruare, q unum proprium ſolum nomẽ quanq̃ habeat cum o.aliam literam tamen o. non mutat ut Iuno Iunonis:-

Quæ in o. nomina, o ſeruant in genitiuo.

¶ Præterea quæ in o . terminantur maſculini generis ſi tamen recipiant & fœmininam naturam , erunt communia . ut hic & hæc latro nebulo σκιτος homo & ſimilia exceptis his leno lena, leo lea , & ſiqua alia:-

Nebulo quid

¶ Omnia nomina tertiæ declinationis,accuſatiuum in em, faciunt. exceptis his puppis puppim enim facit,ſitis ſitim facit, ſecuris ſecurim,turris turrim,peluis peluim,& turrem tamẽ habes

Turrim & Turrem.

Virgilium libro ſecundo, Turrem in præcipiti ſtantem:-

Itē nomina cōpoſita eiuſmodi, ut Heluipolis Heluipolim, Neapolis Neapolim, Scythopolis Scythopolim, Chryſopolis Chryſopolim, accuſatiuum in im faciunt:-

Omnia nomina quæ in es terminantur, genitiuum faciunt in i. ſi tamen pura fuerit ſyllaba ut acies aciei. almities almitiei ἐυπρέπεια, ſi uero adiecta fuerit littera confundit declinationē & in is facit, ut ambages ϖερίοδος clades, cautes, compages, contages ✿ corbes, dapes, fæles, αἴλουρος felis, fruges, καρπός, indoles indolis, labes, moles, nubes νεφέλη, ſoboles, ſedes ἕδρα, ſtrages, ſæpes, ualles, uerres, rupes:-

Corrumpuntur hæc tria ſpes ei. ἡ ἐλπίς res rei. πρᾶγμα. Item corrumpuntur hæc duo, lues luis, ſtrues ſtructionis ſed ✿ ſtructio. eſt & plebes quæ facit plebis & nonnunquam genitiuum ✿ duplex hic genitiuus & nominatiuus dicitur enim etiam plebis ✿ plebs, nō plebes nec plebis poſtulare perſpicitur ✿ igitur quidam enim famis, quidam famę dixerunt. genitiua ✿ adaugent ſyllabam licet præcedens pura ſit nec ne abies abietis. aries arietis, ales alitis alis, antiſtes antiſtitis, cocles μονόφθαλμος coclitis, ceres cereris, diues, diuitis, hoſpes, heres interpres, limes, locuples, miles obſes, ὅμηρον paries, pes, præſes, pedes, quies, reſes, ſatelles, ſuperſtes, ſoſpes, ſeges, teges, teres, trames:-

Sunt præterea nomina quæ in es, quidē literas exeunt nominatiuo caſu, genitiuo huius per ae litteras efferuntur & ſunt primæ declinationis. ut Anchiſes anchiſæ, Achates achatæ. Aceſtes aceſtæ, ut hæc facilius intelligatur diſtinctio, græca nomina quæ in es terminantur genitiuum faciunt in is, ſi genitiuū apud græcos ους, ut Δημοσθένης Δημοσθένους, Demoſthenes Demoſthenis. ſin hęc in græco gtīn ου habuerint ϖολίδης δους, αἰσχίνης νου. ἀκέστης στου faciunt latine genitiuum per e. ut Pelides Pelidæ. Aeſchines æſchinæ. Aceſtes Aceſtæ. poſſunt tamen & latinum habere nominatiuum, ut Atrida Atridæ. Achata achatæ. Pylada pyladæ. Oreſta Oreſtæ. Anchiſa anchiſæ. hæc nomina ueteres auctores ſine obſeruatione ✿ ut Ariſtidis & Ariſtidæ & Ariſtidis genitiuum Achilles Achillis & Achillei. & per hoc pluralem datiuū & ablatiuum tam ex tertio, quàm ex ſecundo ordine faciunt.

Heluipolis
Neapolis
Schytopolis
Chryſopolis
Ciuitates
Almities quid
Ambages quæ
Fæles Aelurus animal idem
Fruges quæ
Nubes quid
Soboles
Spes, Res quid
Lues
Strues ſtructionis.
Plæbes plæbis & plæbei.
Famis, & famæ
Cocles quid
Obſes quid

Demoſthenes Demoſthenis cur.
Pelides dæ
Aeſchines næ.
Aceſtes ſtæ.
Arrida dæ.
Achata tæ.
Pylada dæ.
Oreſta ſtæ.
Ariſtides dis & dæ.
Achilles Achillis & Achillei.

¶ Nominatiuo ſingulari in es. exeuntia tandem faciunt no-
minatiuum & uocatiuum ut hic Hercules ô Hercules:–
¶ Omnia nomina quæ per eus. efferũtur genitiuũ p ei.ſyllabã
faciũt ut Pentheus Penthei. Nereus rei. Mneſtheus mneſthei. *Pĕtheus,*
Tydeus Tydei. Peleus lei. Et quamuis regula dicit Peleum. ta- *Nereus*
men pelea dicimus in accuſatiuo. Similiter & in uctõ o Tydeu. *Mnetſtheus*
Nã græca declinatio magis in iſtis caſibus præponitur. Sed & in *Tydeus*
ablatiuo romanam ſequitur regulam, quoniam apud græcos ab *Peleus*
latiuus non eſt. Dicimus enim ab hoc Tydeo Peleo ſecundum *declinationis. ii.*
romanos ut ſine dubio Pentheus, Nereus, Mneſtheus ſthei. *Peleũ & Pelea*
Peleus. Tydeus ſint ſecundæ declinationis:– *Tydeu cur &*
¶ Omnia quæ per is. terminantur genitiuum quoq; ſimilem *non Tydee.*
nominatiuo faciunt. ut hic ſuauis huius ſuauis. exceptis iis quę *Quæ in is ter-*
in genitiuo creſcunt, licet per is efferantur. ut cuſpis dis. cinis, *minantur.*
cucumis, lapis, lis, puluis, pollis, ſκρις pollinis, ſemis ſemiſſis ſan- *Pollis quid*
guis, uomis, glis gliris & gliris nominatiuo dicitur. *Glis gliris*
¶ Monoſyllaba quæq; per is. ſyllabam genitiuos habent penè *Monoſyllaba*
omnia maſculini generis. hic as aſſis, bos bouis, dux ducis, dens, *nomina.*
flos, fons, fur, κλέπτης grex, glis, lar, mons, mars, mus, mos, mas, *Fur quid*
pes, præs, prædis, pons, par, ἴσος rex, ros, ſal ſalis. quum autem iu- *Par quid*
ramus per hos ſales dicimus ſol ſolis. uas dis:– *Sal Sales*
Fœminini generis hæc arx ἀκρόπολις ars τέχνη calx. cos cotis. *Arx quid*
crux. dos. fax λαμπάς fæx. falx. frons frontis. fraus. glans. gens. *Ars quid*
glos. ἀνδρὸς ἀδελφή gloris. glus glutinis. Alii hoc gluten dixerũt. *Fax quid*
lãx. lex. lens. laus. lis. lux. mens. merx. Salluſt. merces dixit. Mors. *Glos quid*
nix. nox. nux. nex. nar. ῥώθων naris. ops. pax pars. plebs. pix. ſtips *Glus glutinis*
ἔρανος ſtipis. ſtirps. ſors. ſus. traps. uis. βία uis. uox. urbs. uix uicis. *& gluten tinis.* *Merx. Merces.*
¶ Neutri generis hoc æs. cor. crus. far. fel. ir. θέναρ iris *Nar naris quid*
ius iuris. lac. mel. os. στόμα προσώπου, os ὀστέον oſſis. par. *Stips quid*
ζεῦγος pus. rus. tus. uas. uer. Ex omnibus his monoſyllabis quæ *Hir quid*
contracta ordine diximus corripiuntur hæc tria. & per i. geni- *Os quid*
tiuum faciunt. ſpes ei. res rei. uir uiri. *Par boum quid*
¶ Obſeruabimus autem in omnibus his ꝙ ea quæ ſingulari ab
latiuo per e. exeunt neceſſe eſt genitiuum pluralem per ium ce-
dant. ut a monte montium a ponte pontium. & alia plura ſunt,
exceptis his quæ repugnant regulæ.
¶ Dierum ſacrorum & ſolemnium appellationes, quas iam ſuo
loco inter neutralia ſemper pluralia inſtruimus. genitiuum plu-

Saturnalium & Saturnaliorum Neptunaliũ & Neptunaliorum

ralem duplicem habent, tam ex ſecundo quàm ex tertio ordi- ne ut Saturnalia, Saturnalium, & ſaturnaliorum. Neptunalia, Neptunalium & Neptunaliorum & cætera ſic obſeruabimus, Vulcanalia. Terminalia. Compitalia. Carmentalia. Bacchanalia. Liberalia. Genitalia. Parentalia, dicimus enim Saturnale. & Ne- ptunale domum & templum & res Saturnalis.

Poema Diadema Toreuma Diploma Ceroma

❡ Item illæ appellationes quæ etiam quum latine dicantur, na- tura ſunt græce, duplicem genitiuum pluralem habent, tam ex ſecũdo, q̃ ex tertio ordine. ut poema. diadema. toreuma. diploma ceroma. dicimus enim poematũ & poematorũ, diadematum, & diadematorũ. toreumatũ & toreumatorũ. diplomatũ & diploma torũ. ceromatũ & ceromatorũ. ſed ſunt qui diſiungunt hæc. & er rorẽ quendam eſſe oſtẽdunt differentiã ignorantes. & non eſſe unam appellationem ex qua elationem genitiuo plurali duplicẽ habent. ſed duas appellationes idem ſignificantes. alteram ſecun di alteram tertii ordinis, & ſecũdi habet quæ antiquitati datur, nam antiqui hoc poematum huius poemati. Pluraliter hæc poe- mata. horum poematorum dicerent & poematis. & hoc diadema tum huius diademati. & cætera ſimilia. Tertii autem ordinis hęc ſunt quæ in conſuetudine obſeruamus. hoc poema, huius poe- matis. Pluraliter hæc poemata, horum poematum, & cæte- ra ſimilia.

Poematum Diodematum

Is terminata.

❡ Omnia nomina in is. literis terminata, quæ datiuo i. exierint neceſſe eſt genitiuo & accuſatiuo ante ultimam i. recipiant. ut agreſtis ium. hos agreſtis, cœleſtis ium hos cœleſtis.

Quæ accuſatiuũ pluralem nominatiuo ſimilem habent.

❡ Item eadem uocabula quæ in is terminantur. nominatiuo, ablatiuo caſu in i. exeunt & accuſatiuum pluralem caſum ſimi lem nominatiuo ſingulari faciunt.

❡ Item in uocabulis nominatiuo is. terminatis quando geniti uo plurali ium. quando um. accuſatiuus pluralis in is. habue- rit, genitiuus in ium habebunt. ſed triplex per ium declinandi cauſa eſt. prima cum datiuos & ablatiuos ſingulares i. littera ter minantur ut pellis. puppis. meſſis. altera cum quamuis ablatiuus e. litera finiatur. tamen quia accuſatiuus pluralis per is effertur. etiam genitiuus i. ante um. habebit. ut crinis criniũ. acris ium, hoſtis hoſtium:–

❡ Tertia cum per is productus nominatiuus incluſus eſt ut ma ſculine. glis fœmine, lis. Communes etiam genitiuo plurali per

ium. agunt. græca uocabula à patria deducta,ut Theſſalis,Dardanis,Ilias,aut à genere ut Tantalis, Aeolis genitiuum pluralẽ per dum exeunt. & omnia fœminina ſunt.interdum & maſculina in eandem declinationem cadunt.ut Damis & Paris,ut dicatur Damidum & Paridum:-

Teſſalis
Dardanis
Ilias
Tantalis
Aeolis
Damis

¶ Omnia nomina quę in or.ſyllaba terminãtur,nomina maſculina ſeu fœminina,ſiquidẽ latina fuerint , genitiuo circumlocũtur, & per o literam productã proferuntur.ueluti uenator uenatōris,gladiator,tutor,ſudor,ſplendor, honor, color. exceptis his quæ non producuntur.ſed corripiuntur. ut memor memŏris arbor arbŏris.ſed ſi natura græca fuerint,corripiũtur ut Hector Hectŏris.Theomneſtor Theomneſtŏris.& ſimilia nam neutralia utiq; genitiuo corripiunt o. literam. ut marmor marmŏris. robor robŏris:-

Quæ nomina in or, per o literã productam proferuntur in gtõ

¶ Omnia nomina quæ ante um. nominatiuum habent i. neutralia datiuo & ablãtiuo plurali i. literam geminatam habent ut armarium compẽdium,ſupplicium.utputa hoc armarium hæc armaria his armariis & ab his armariis & cætera ſimiliter ſed dẽ inſomnio quæſitum eſt quoniam apud Virgilium non geminatur:-

¶ Omne nomen maſculinum quod per tor ſyllabam nominatiuo caſu terminatur,fœminina per trix finientur,nihilq; ex numero ſyllabarum tranſlatum amittet,ut orator oratrix.uenator uenatrix,bellator bellatrix,actor actrix,accuſator accuſatrix,receptor receptrix, domitor domitrix,creator creatrix.tractator tractatrix . & ſimilia ac per hoc nutritor , nutritrix.'quamuis in uſu nutrix dicatur , excepto auctore cum etiam hęc auctor dici debeat.

Orator oratrix
Bellator
Bellatrix
Nutritrix.
Auctor duum generum.

¶ Verum obſeruandum eſt quod or litteris in ultimo terminata maſculina ſi per uerba naſcuntur,una litera in fœmininum ad creſcent,ut uenator uenatrix.uictor uictrix. tonſor tonſrix. non tonſtrix . duabus enim litteris plus efficiet, foſſor foſſrix. curſor curſrix. Si uero ſua proprietate cenſebuntur , non ut ſuperiora quæ proficiſcuntur à uerbis neceſſariò cõmunia erunt quandò nihil pro indiuiſo per adminiſtrationem acceperint uerborum. nam legere reſpondere, ſpectare tam fœminis , quàm maſculis iudicatur. ut ille agitator .illa agitatrix, fœnerator fœneratrix, uictor uero & inſtitor, & tutor , ac ſimilia pro com-

Tõſor,tonſrix. non tonſtrix
Foſſor,foſrix
Curſor curſrix
Inſtitor,Tutor.

…as accipienda, nihil enim quaſi præcipuum per uer/ba habent:–

Auctor unde

ℭ Auctor ſiquidem propterea dicitur quod augere, generauit & auctricem,dicemus ꝙ pariter augere poſſit,cũ uero ad aucto/ritatem referatur pro communi præcipiendum:–

ℭ Omnia nomina quæ per us ſyllabam nominatiuo caſu ter/minantur,hæc genitiuo aut per i.exeunt,& ſunt ſecũdi ordinis, aut per is & ſunt tertii ordinis,aut per ũs ſimilem nominatiuo & ſunt quarti ordinis:–

Omnis appellatio quæ ex uerbo proficiſcitur cuius generis eſt

ℭ Omnis appellatio quæ ex uerbo proficiſcitur,& in us ſyllabã terminatur maſculini generis eſt.ut deſcendo deſcendis hic de/ſcenſus . coeo cois coitus . ambio ambis ambitus . adficio adfi/cis adfectus . ſunt hæc quarti ordinis & genitiuo per us effe/runtur, ſed ſi nomen erit ſecundi erit ordinis & per i . geni/tiuo proferetur . ut hic magnus huius magni . hic Iulianus huius Iuliani . hic Auguſtus huius auguſti . Sed (ſi non fal/lor)omniũ uerborũ appellationes etiã in o.terminãtur . quę cũ in o. termina æ fuerint genere fœminino declinãtur. hæc coitio hæc ambitio,hæc ſcriptio,adfectio,ultio,diſcentio,acceſſio,deceſ/ſio,euictio,& cætera:–

Deſcenſus
Coitus,ambitus
Adfectus
Coitio,ambitio,
Adfectio,ultio
Deceſſio

ℭ Sunt etiam tertii ordinis & per is genitiuo proferentur . ut coitio,coitionis & cætera:–

Maſculina hic ligus liguris,lepus leporis,hic mus muris,uetus ueteris,facit & hic & hæc & hoc uetus trigenes.

Fœminina in us

ℭ Fœminina hæc uenus ueneris,hęc tellus ris. hæc iuuentus iu uentutis, hæc palus paludis,ſeruitus ſeruitutis,hæc ſenectus ſe/nectutis,hæc fraus fraudis,hæc laus laudis, hæc uirtus uirtutis, hæc ſalus ſalutis.

ℭ Neutralia hoc nemus nemoris:–

Nomina us finita quarti ordinis.

ℭ Quæ enim per us exeunt & genitiuum ſimilem nominatiuo habent, & ſunt quarti ordinis hæc infra oſtenduntur, quibus exceptis reliqua per i.proferentur,ut hic acus acus,hic artus tus. ſed ſingulari numero artus non dicimus,aduentus tus,accentus tus.arcus cus.æſtus us.cæſtus tus.caſus ſus. conteſtus tus. colus lus,ηλάκατη commeatus tus currus rus, cultus,fructus, fœtus, habitus,ictus,impetus,manus,magiſtratus,domus, ductus, gra/dus,nutus,lacus,occaſus,λύσις obtutus,partus, paſſus, portus, porticus,principatus,proſpectus,queſtus,riſus,ritus,ſaltus, ſena/tus,ſexus,

Artus nũero tantum plurali.

tus,ſexus,ſinus,ſitus, ſtatus, ſumptus,tractus,tribus, uerſus,uictus,uultus,quercus.

¶ Item omnia nomina quæ ante us literas habent i,hæc terminantur per uocatiuum caſum in i. ut hic pius o pii, & cætera ſimiliter declinantur. nullum neutrale diſſyllabum us literis terminatum genitiuo in i ultima exit ſyllaba . unde uulgus maſculini generis potius q̃ neutralis dicendum eſt. *Nomina quæ terminant uocatiuum in i. Vulgus*

¶ Item quorum genitiuus ſingularis in us literas exierit, datiuus ultimam u habebit. *Datiuus in u.*

¶ Quæcunq; enim nominatiuo in us exeuntia à genitiuo plurali u geminante m habuerint , & accuſatiuum pluralem mus terminabunt . ut manus manuum has manus , anus , anuum has anus . fiuctus , luctus , & cætera . ergo melius has domus, quàm domos:- *In accuſatiuo pluralis has domus q̃ domos.*

¶ Item quæ in us cadentia plurali genitiuo rum ultimam habuerint,accuſatiui plurales os literas ultimas habebunt. ut pinorum pinos,ficorum ficos, & cætera ſimiliter , ac per hoc domorum domos:- *Pinos, Ficos, Domos.*

¶ Item us terminata ſi datiuus & ablatiuus ſingularis u ultimam habuerint.genitiuum pluralem geminatum ante m habebunt neceſſe eſt,ut anus ab anu anuum,domus à domu domuũ non ut quidam putant domorum- *Domuum & non domorum.*

¶ Omnia nomina , quæ per er literas caſu nominatiuo exeunt & ſunt quæ per i exeunt , ager agri . ſic & cætera per ordinem literarum.quæ enim per is exeunt. ut hic pater patris, uenter [illegible],aut maſculina aut fœminina ſunt,exceptis his.iter cicer,paſſer.hæc enim utriq; neutralia ſunt. *Infinita*

¶ Item ommnia quæ efferuntur græce os ; & ante os ſyllaba hæc latine in er.Κλέανδρος Cleander ὄναγρος Onager. *Nomina q̃ apud græcos in os, apud nos in er flectuntur.*

¶ Omnia quæ per as literas terminantur,ſiquidem fue
❀ nis ſunt.ut mas mar.s,ſin hæc græca aliquando
❀ æſtimantur,hoc enim genere genitiuo caſu græco & ſiquidem terminantur in ος , ut græce θόας θόαντος,latine thoas thoantis.

¶ Græce in ου primi ordinis ut græce αἰνείας αἰνείου.

¶ Omnia nomina quæ ſingulari ablatiuo in i tantũ cadũt hæc addita ium ſyllaba ❀ plurali omnium ablatiuo enim ſingulari eadem in i trium generũ.ut felix felici

felicium, uehemens uehementi uehementium & ſimilia. ut conſtans, atrox, rapax, prudens:–

¶ Sunt enim alia tertii generis nomina, quæ quamuis in maſculino & fœminino in is ſyllabam nominatiuo terminentur, tamen neutra nominatiuum in e faciunt, ut hic & hæc ſalutaris hoc ſalutare.

¶ Item hic & hæc agilis hoc agile & ſimilia.

¶ In his tamen omnibus obſeruabimus ſi appellationes fuerint, quod tunc ablatiuum in i literam faciunt. nam ſi propria nomina fuerint, tunc ablatiuum in e literam habere debebunt, ut à felice, uehemente, ſalutare, nihilominus tamen pluralem genitiuum eundem ſeruant, quanquam ablatiuum ſingularem uariant, in differentia proprii nominis & appellatiui:–

Nomina neutra in e. correptam ablatiuum per i habent.

¶ Aeq; illa quoq; ablatiuum per i literam habent, quæ ntō in ę correptam terminantur, quæ ſunt utiq; neutralia tertii ordinis. ut mare, ſedile, monile, rete & ſimilia:–

Nomina quæ habent datiuum & ablatiuum p̄ i literam.

¶ Item illa quæ per i literam datiuum & ablatiuum habent, quæ ſunt hæc eodem libro ſupra excepta, quæ incuſatiuum per im faciunt. ideſt s ante m & ſunt tertii ordinis. puppis, ſitis, ſecuris, turris, peluis, heliopolis, ſcythopolis, & cætera ſimilia:–

¶ Illa quoq; quæ ſimilem genitiuum nominatiuo habēt per i literam ablatiuum habebunt & per e. ut hæc nauis huius nauis, ab hac naui & naue. duplicem enim hæc regula habet ablatiuum. Item ignis, turris, ratis:–

Quæ per i literam ablatiuum habent.

¶ Item illa quæ per i literam ablatiuum habent, quæ in l literam nominatiuum habent, & ſunt neutralia. ut tribunal, ab hoc tribunali, uectigal uectigali, ſed in monoſyllabis, ut ſupra adnotauimus regulam iſtam non ſeruant. ut ars, pars, facit enim genitiuum pluralem artium, partium, ablatiuum uero ab hac arte, ab hac parte:–

¶ Item quæ genitiuo pluſquam una ſyllaba creſcunt, ablatiuum per i literam neceſſe habeant. ut hæc ſupellex huius ſupellectilis ab hac ſupellectili. hic præceps cipitis. cipiti. anceps ancipitis ancipiti, hebes hebetis hebeti. plurali genitiuo habent ium:–

¶ Omnia maſculini & fœminini generis uocabula ſingulari nu

mero in declinatione non plus q̃ una ſyllaba creſcunt.unde mi hi uidetur non ſupellex, ſed ſupelleċtilis eſſe dicendum . & an cipitis q̃ anceps:–

Nō ſupellex ſed ſupelleċtilis dicendum.

¶ Omnia nomina quæ ens terminantur, ſi modo non ſunt participia poſſunt & pluraliter neutraliter intelligi, & ſingulariter fœminine deriuari ad appellationem . ut uehemens neutraliter plurali hæc uehementia, fœminina ſingulariter hæc uehementia,item prudens prudentia ſapientia & ſimilia:–

Nomina in ens terminata quomodo poſſunt intelligi.

¶ Vnde igitur dignoſcitur & diſcernitur nomē à participio, ꝙ nomen recipit comparationem & ſuperlationem,unde etiam appellatio deriuatur,participium hoc non recipit ſed euenit ſæpenumero ut ex ipſis participiis nomen ſiue appellatio ſimilis partis deriuetur.ut ex eo ut eſt patior participium faciemus patiens, fit & nomen patiens ❀ ex eo ꝙ eſt ſapio ſapiens,fit & nomen ſapiens,hinc fit ex nomine.

Participiū quomodo diſcernatur a nomine, & contra.

¶ Sapientia & ſingulariter ſapientia:–

¶ Item pluraliter patientia & ſingulariter patientia,unde comparatio eſſe non poteſt,Inuenimus deriuari ❀ ut audiens pluraliter audientia,fœminine audientia ❀ . fœmine ſilentia.

Pluraliter ſapientia & ſingulariter ſapiētia.

❀ ... non inuenimus pluſq̃ una ſyllaba creſcere,præter pauca . Iter iteneris, ſupellex ſupelleċtilis , præceps præcipitis, anceps ancipitis, iecur iecuris . quidam dicunt hoc iocinor huius iocinoris , quanquam multi contendunt hæc ſupelleċtilis huius ſupelleċtilis & hoc itiner huius itineris. quædā ablatiuum per i literam obſeruabimus,quæ etiam quum de ablatiuo ❀ quod i litera fit excepimus. ❀

Iecur & iocinor.

Hæc ſupelleċtilis.

Itener iteneris

quæ figurata appellauerunt ut lachrymabundus.ane ❀ helabundus,item hiulcus ideſt qui hiat. petulcus qui petit.tria tantum ſimili pronuntiatione intelleċtu diſſonātia . ❀ ut canorus. ❀ nominatiuo duplicia ſunt quæ non ex utroq; ntō ❀ de ❀ accipiant ſed ex altero,ut ſatias & ſatietas,uerum ❀ ſatietas ſatietatis facit.item iter & itener,non ex eo quod eſt iteneris ❀ hæc exempli cauſa ſufficiant:–

Hiulcus quid

Petulcus quid

Tria tantum ſimili pronunciatione intelleċtu diſſonantia.

Iter & itener

❀ declinationibus binis increſcunt,licet ſuo quæq; loco ſatis diċtum ſit,tamen & in ſumma referenda uidentur,&

ſunt ea quæ prælata a litera in l exeunt, ut tribunal tribunalis. quæ in ar, lacunar, puluinar. Item quæ in ons, ſpons, fons. Item quæ in er puer ſocer. Sed hæc nomina. Creber enim & pater nõ creſcunt niſi una.

Vindicator Vindicatrix Vindex Carnificator Carnificatrix Carnifex Regnator Regnatrix Regina non recipiendum.

¶ Item creſcit in eo uocabulo quod ❀ cum eſt uir. Rex cõmuni genere dicitur. primum ab etymologia rex ut regens, deinde ꝙ ſunt quædam uerba, quæ ex ſe trium generum ❀ nomina creant, tanq̃ ab eo quod eſt hic interprętator, huius tatoris, ex diuerſo genere interprętatrix & ex cõmuni Cato ❀ & ab eo quod uindico uindicator uindicatrix, & uindex. ſic & carnificator & carnificatrix, & carnifex. ſic regnator regnatrix, rex, nam regina nullo modo recipiendum niſi reciperemus & reginũ. De extremitatibus nominũ & diuerſis quæſtionibus. Ne ipſa quidem rerum natura tam finita eſt, ut nobis ❀ nouiſſimum ſui adſignet, ne dum artes quarum ❀ humana non ſuſpicit, uel propter extremum difficultatis laborem, uel ſolũ earũ inuentione ſatiata. & ſanè quid poteſt abſolutũ eſſe quod aſſidue propter ſubtilitatẽ cuiuſq; ingenii abſumitur ❀ quæ aliis ſubinde adiectionibus ❀ eſſe non ❀ quare contenti ſumus eo, quod repertum eſt ❀ partes quoq; menſuram ſui habent & naturam ❀ certum eſſe uidemus quod interim eſt. Latinus uero ſermo cum ipſo homine. Ciuitatis ſuæ natus ſignificãdis intelligendiſq; quæ dicere præſtitit. poſtq̃ planè ſuperuenientibus ſæculis accipit artifices, & ſollertiæ noſtræ obſeruationibus captus eſt, paucis admodum partibus orationis normæ ſuæ diſſentientibus, regendũ ſe regulæ tradidit, & illam loquendi licentiam ſeruituti rationis addixit.

Latinus ſermo quo pacto ſe regulæ regendũ tradidit.

¶ Quæ ratio adeo cum ipſa loquela generata eſt, ut hodie nihil de ſuo analogiæ inferat. ea enim quæ ad explicãdam elocutionẽ iam apud ſenſus noſtros educta ſunt, iam confuſione uniuerſitatis diſſeminauit, & ut diſparibus paria coaluit adprobatur à defectionis regula argumento ſimilium.

Latinus ſermo quibus conſtet

¶ Conſtat ergo latinus ſermo, natura, analogia, conſuetudine, auctoritate.

Natura uerborum.

¶ Natura uerborum omnium, quæ immutabilis eſt, nec quicq̃

aut plus aut minus tradidit nobis q̃ quod accipit. nam ſi quid dicat ſcrimbo pro eo quod eſt ſcribo non analogiæ uirtute ſed naturæ ipſius conſtitutione conuincitur:–

¶ Analogia ſermonis à natura proditi ordinatio eſt, neq; aliter barbaram linguam q̃ argentũ à plumbo diſſociat, plenius hæc de analogia in ſequentibus romanus inſeruiſſe inueniemus. *Analogia quid.*

¶ Conſuetudo non arte analogiæ ſed iuribus paret. ideo ſolũ recepta quod multorum conſenſione conualuit ita tamen ut illi ratio non accedat ſed indulgeat:– *Conſuetudo qd*

¶ Auctoritas in regula loquẽdi nouiſſima eſt, nanq; ubi omnia defecerint, ſic ad illam quemadmodũ ad unũ ſacrum decurritur. non enim quicq̃ aut rationis aut naturæ, aut cõſuetudinis habet tantũ opinione oratorũ recepta eſt, qui & ipſi cur id ſecuti eſſent, ſi fuiſſent interrogati, neſcire confiterentur, *Auctoritas opinione tantum oratorum recepta eſt.*

¶ Ex his ergo omnibus cõſuetudo non enim uulgaris, nec ſordida recipienda eſt, ſed quæ horridiorem rationem ſono blandi tur, ore depellat. Interdũ enim utilibus iocunda gratiora ſunt. Hæc ſi diutius & conſuetudo uerba quædã uel nomina uſq; ad pſuaſionem ꝓprietatis ſufficiẽt. ſi tamẽ eadẽ nõ aſpere ꝑ analogiam enuncientur, alioquin rationem mallem q̃ aſſiduitatem. *In quibus Chariſius mallet ratione q̃ conſuetudinem ſequi.*

¶ Tractabimus ergo primum nomina poluſyllaba. polullaborũ mq; quæſtiones. deinde uerba uerborúmq; quæſtiones, nouiſſime catholica uagáq; multarum controuerſiarum ueterem caliginem deſipent:–

¶ Omnia igitur nomina quibus uniuerſa dictionis ſilua copioſa eſt non plus q̃ per duodecim ultimas literas finiuntur. quinq; uocales a. e. i. o. u. ſex ſemiuocales. l. m. n. r. s. x. una muta. t. ſequimur ergo has extremitates aut per omnia genera nominum, aut per ea quæ in quibuſdam nominibus ſunt, ſingulíſq; extremitatibus & quæſtiones & ſuas ſubiiciemus & ſoluemus:– *Nominum terminationes quot & quæ.*

¶ A. maſculina quæ in a litera ueniunt. xviii. plus minus ſunt. ex quibus exempli cauſa tria interim ponemus. ſiſenna, perpenna. Catilina. horum inperturbata declinatio eſt. nam plurali, genitiuo harum. datiuo & ablatiuo his. accuſatiuo has. literas accipiunt. tanquam perpennarum perpennis, perpennas, ſiſennarum, ſiſennis ſiſennas, Catilinarum catilinis catilinas:– *Quæ maſculina in a literam ueniunt.*

¶ Fœminina quæ in a ueniunt pluſquam quinquaginta ſunt,

diua minerua, aurora, & cætera, hæc omnia & huiuſmodi ad declinationem ſuperiorum diriguntur.–

¶ Neutralia quæ in a. ueniunt plus quàm quinquaginta ſunt ſed omnia græca. ut diadema, emblema, ſchema. hæc à ſuperiori declinatione diſſonant, faciunt enim genitiuo plurali ſchematū. Item datiuo & ablatiuo ſchematibus:–

Conuiua Commune triū generum. Ebria.

¶ Et ut breuius dicamus a. litera finiuntur romana nomina maſculina & fœminina ſunt & neutralia ſed ī multitudine hoc eſt plurali numero ſingularia peregrina ſunt, item communia ex maſculino & fœminino. ut adſecla, conuiua, pompeius in auctorato poſtquam conuenio omnes conuiuas meas. Ebria maſculino in eodem Pompeius. neq; ego ſum Memnius. neq; Caſſius, neq; Mimatius ebria

Neutralia pluralia quæ

¶ Neutralia pluraliter ut ſaturnalia, compitalia, quorum genitiuus quamuis uarius ſit, elatus apud auctores ſaturnaliū enim & ſaturnaliorum, compitalium & compitaliorum, datiui tamen manſit regula ut bus finiatur:–

Arma, Caſtra, Exſta.

¶ Nam neutra quæ ſemper pluralia ſunt ſi ante nouiſſimam ſyllabam i. literam habent genitiuo, datiuo per bus ſyllabam finiūtur, ueluti ſaturnalia ſaturnalium ſaturnalibus. nam arma, caſtra, exſta, quæ non habent i. ante a. ſyllabam datiuo caſu is finientur, armis enim & caſtris, & exſtis dicimus.

Poematum an poematorum. Commodius toreumatum, q̄ toreuma dicitur

¶ Singularia uero neutra a litera terminata nulla inueniuntur niſi peregrina ut toreuma, emblema, poema. de quibus dubitatur quem caſum genitiuum & ablatiuum habeant. Legimus toreumatum & toreumatorum, toreumatibus & toreumatis & ſic ſimilia. Commodius tamen ſenſerunt. qui toreumatum & poematum dicendum putauerunt. primum q; hæc magis ad romanum colorem uidentur accedere. deinde q; hæc quæcunq; nomina genitiuo plurali apud græcos per ων literas terminantur, tranſlata in latina ων in um mutant ut ἑκτόρων νεςόρων, hectorū neſtorum. ſic ergo cum illi dicant ἐμϐλημάτων, τορευμάτων, ποιημάτων, nos recte emblematum, toreumatum, poematum dicemus.

Emblematis Ceromatis Pegmatis

Similiter in genitiuo quoq; ſingulari τος græcum in is latinum mutamus. ut ἐμϐλήματος emblematis, κηρόματος ceromatis ποιήματος poematis πήγματος pegmatis. Nam nominatiuum pluralem græce proferemus poemata, ceromata, pegmata, emble-

mata & ſimilia.Itē poematibus & ſchematibus, emblematibus dicendū eſt,quoniā quæcunq; nomina cuiuſcūq; generis ſingula ri numerocaſu abltō per e. literā exeunt ea in gtō plurali um &datiuo & ablatiuo bus literas habent.ut à pariete parietum parietibus.à muliere mulierum mulieribus.ab homine minum. nibus, à littore torum. ribus.ſic à poemate poematibus & cæ tera ſimilia.Cicero in Verrem quarto tantum emblematum Ro mani poematis referunt,quamuis ratio poematibus faciat. Nā & Varro ſic inſcribit in libro ſuo de poematis. & Anneus Flo rus ad diuum Hadrianum poematis dilector. Plautus ſchema pro ſchemmate dixit in Amphitrione,hui ergo proceſſi cum ſer uili ſchema.Plinius ſermonis dubii tertio de Varrone qui ma xime uicina græco græce dixit, ut nec ſchematis quidem dicat ſed ſchemaſin.

Poematibus an poematis. *Schematibus an ſchematis.* *Emblematibus an tis.* *M. Varro de poematis.* *Anneus Florus ad Hadrianum Cæſarem.* *Schema pro ſchemate.* *Varro maxime uicina græco græce dixit Schemaſin*

¶ Communia duorū generum quę in a. ueniunt plura quàm xxxii. ſunt ueluti uerni,collega,nauta,.ſed hæc ex eadem ob ſeruatione declinationum qua ſuperiora fœminina & maſcu lina declinantur. Neutralia enim ſola ab horum declina tione deflectunt, qui genitiuo plurali ſchematum, datiuo & ablatiuo ſchematibus faciunt. Commune trium generum in a unum uenit nequa,Idem iſtud & ſingulari & plurali nume ro monoptoton eſt,propter quod multum errant qui dicunt ad iecta m litera nequam hominis propoſitum habent.

Verna, Collega Nauta cōmunia duum generum *Nequa cōmune trium generum* *Nequa dicendū & non nequam citra m.*

¶ Maſculina in e.literam nulla ueniunt neq; fœminina niſi pe regrina talia.Crotale, Eriphile,Calpe.hæc quum ſint græca, ea Analogia declinātur ueluti Crotale Crotales,Crotalen. Calpe, Calpes,Calpen.

¶ Romana ſanè nomina nominatiuo caſu in a exeuntia acci piunt e. literam,& faciunt genitiuum & datiuum ſingularem, ut hæc amicitia huius amicitiæ. accipiunt m & faciunt accuſa tiuum ut hanc amicitiam,quorum ablatiuus tantū producitur. Quoniam omnia quæ a litera terminātur,ſeu ſingulari ſeu plu rali numero neceſſe eſt ut corripiantur niſi ablatiuo caſu, qui nunquam corripitur niſi quum e litera terminatur. nec tamen in omnibus. Nam in multis & producitur ueluti ab re, fide, ſpecie,acie. Neceſſe eſt autem ablatiuus uocalibus literis ſem per terminetur.

Ablatiuus in e. quando producitur.

¶ Item quum a uel o. litera terminetur rum acccipit & facit

genitiuum pluralem. Datiuus & ablatiuus per is exeunt ut ab hoc doƈto.torum tis,niſi quod nonnunquam ratio iſta auƈtoritate uel neceſſitate corrumpitur. ueluti quum dicimus his deabus & libertabus filiabuſq;,quod iuriſperiti inſtituerunt, ambiguitatis diſcernendæ ſcilicet gratia,ob quod multa ſordide ab auƈtoribus diƈta uidentur habere rationem . Nam Gellius in ii. Deabus inquit ſupplicans.& in eodem. Multitudo puerorum iam erat ex raptabus.& in tertio capite.cum aliis paucabus con ſilium & in.v.Puellabus.& in vii.pro duabus pudicabus. quæ ut dixi ſexus oſtendẽdi cauſa defendi poſſunt. at quũ nulla cauſa cogente quid tale dicitur.tunc nimirum confitendum eſt de errore.ut idem Gellius in xcvii . portabus & mox oleabus . & Plautus in Curgulione hibus. & Ennius in Protreptico pannibus,quæ notanda uidentur:–

¶ Cum ergo e.uel i.uel u.terminetur ablatiuus ſingularis um. accipit, & facit gtĩũ pluralem, datiuo & ablatiuo bus ſyllaba finitur,ueluti ab hoc rege, regum, regibus.ab hac naui, nauium, nauibus,& ab hoc portu,portuum,portubus.Inuenimus tamen apud auƈtores etiã his cõtraria.nucerũ enim Cœlius dixit,Lucilius iugerũ. Gelli⁹ uero regerũ & lapiderũ,quũ rum ſyllaba nũq̃ accipiat ablatiuus.e.litera terminatus, niſi quũ producitur . ut ab hac re rerum,die dierum,ſpecie ſpecierum, facie.erum . Sed genitiuus ſingularis de hoc ablatiuo obſeruatur . Nam ſiue i. ſiue u. habuerit in fine.s.accipiet,& faciet genitiuum. ut ab hac naui huius nauis.ab hoc portu huius portus, quamuis nec hoc auƈtores oſeruauerint.nam & Terentius huius anuis dixit . & Salluſtius huius ſenati,quum ratio exigat huius ſenatus dicere. Si uero correpta finiatur e in i..mutat,& adiunƈta s. facit geniuum. ut ab hoc rege huius regis.ab hoc oſſe huius oſſis.ſic enim debet declinari,non ab hoc oſſo,ſicut Varro dixit, oſſe ſcribebant,& Ennius.uelim ego oſſe arare campum cereum.huius nominatiuus eſt hoc oſſe,quamuis.xxxiii. dixerit caluariæq; ipſum oſſum expurgarunt inaurauerũtque:–

¶ Si produƈta e. litera finiatur ablatiuus,i accepta faciet genitiuum,ut hac die huius diei.ab acie huius aciei.ab hac ſpecie huius ſpeciei.ſcilicet e manente in produƈtione q; i. ante ſe habet. nam ſi non habeat corripietur in genitiuo.ut ab hac ſpe ſpei, re rei,fide fidei. quanquam in Aulularia Plaut. fide dixerit, fame

Deabus
Libertabus
Filiabus.
Raptabus
Paucabus
Puellabus
Pudicabus
Portabus
Oleabus
Hibus
Pannibus
Nucerum pro Nucum
Iugerum pro Iugerorum
Regerum pro regum
Lapiderum pro lapidum.
Genitiuus ſingularis obſeruatur ab ablatiuo.
Anuis pro anus.
Senati pro ſenatus
Oſſe & nõ oſſi
Stilus erat oſſeus.

tamen producitur, quamuis non habeat i, & ideo auctores etiam huius fami dixerũt, ut idem Plaut. in Sticho fami datiuo caſu, & Varro genitiuo huius fami, quum famis ſit rationis. adnotandum eſt hæc fœminina tantum inueniri, quæ es producta finiuntur, maſculinum nullum, nam de diei controuerſia ſuo loco dicetur.

Famis & fam

¶ Omnis autem ablatiuus ſingularis ſemper i accipit &
❀ in ablatiuo caſu corripitur ut ab hoc rege ❀

¶ Anforum an anforarum dicendum ſit quæritur ❀
ſed cum eadem ſuauitas in utraq; enuntiatione ❀
harum mallet. Quum aures ſimili pretio recta delectent,
❀ quæcunq; nomina exceptis neutralibus ſingulari
numero ❀ non poſſunt genitiuo plurali per alias lite
ras q̃ per arum exire ❀ Sennarum, Mineruæ mineruarum. collega collegarum. ſic amfora amforarum non amforũ. Romanus autem in libro dè Analogia ❀ aſſidue amforũ. ſi coniunctim, ut x millia amforũ. ſi per ſe, amforarum.

Amphorum & amphorarum quãdo dicendũ.

¶ Hæc cuuma fœminino an neutro genere hoc cuuma dicatur,
pleriq; putant neutri generis ❀
perſuadere temptant q̀ cuma coliculi ſui eſſe ui ❀
omnium ineptiſſimum duco latino nomini græcum etymum dare. Nam quum græci περὶ κυου ὁρμενον dicant, quod nos cum
❀ quomodo poteſt romano nomini cognatio in mi
❀ uidetur neſcire quod neſcio qui fingere aliquid
iactat ❀ quum ſit naturæ inconſtantis non poteſt ab
analogia ad ſ ❀ te ſua nunquam aut
in orationum, aut in hiſtoriarum d. ❀
ne auctorem ſaltem aliquem quo conſtituatur inuenit, qui ❀
nominis huius ſine formidine barbariſmi loqui liceat ❀

Etymum græcũ latino nomini dare ineptiſſimũ

Cuma, cyma q̃d

dixeris in obiurgatum eſt. Canitia an canities dicendum ſit quæritur. canitia nec irrationabiliter nec abhorride dicitur. & ideo non eſt ab analogia recedendum. Canities autem poetico decore in leuitatem ſoni correpta eſt. porrò proſæ orationi πεζῷ λόγῳ cum poetica mollitie parum conuenit.

Canitia dicẽdũ ne ſit an canities

Proſæ orationi cũ poetica mollitie parũ cõuenit

Senecta an ſenectus dicendum ſit quæritur. quotiens igitur plurali eundem ſignificatum deue ❀ ſed omnia ſua regula tuta ſunt. Vtrunq; ergo de quo quæritur in reprehenſo ſermone dicetur. & ſuis declinationibus curret ſenecta, ſic quemad-

Senect ; dicẽdũ ne ſit an ſenectus.

modum docta, magna, ampla, ut faciat ſenectæ ſenectã, quemadmodum doctæ doctam, magnæ magnam, amplæ amplam. Senectus quemadmodũ uirtus, ſalus, palus, ut faciat ſenectutis, tuti. tutem. quemadmodum uirtus tutis, tuti, tutem. & ſalus ſalutis ſaluti ſalutem. & palus, ludis, ludi, ludem:–

Merula quid; Auium nomina cuius generis

¶ Merula κόσσυφος an merulus dicendum ſit quæritur. Merula dicenda eſt. auium enim nomina quædã tantum maſculina, quędam fœminina extremitate ita olim conſuetudo poſſedit. ut ſignata potius q̃ uſurpata uideatur.

Graculus quid Ciconia quæ Fulica quæ

¶ Maſculina tantum, ut coruus graculus κολοιός, pſitacus. Fœminina tantum aquila, ciconia πέλαργος fulica, λαρός, hæc quoq; de quo quæritur impenſius. in a Merula potius q̃ per us merulus enuntiabitur:–

Oſtrea ne fœminine dicendũ ſit an oſtreum neutro genere

¶ Hæc oſtrea fœminino genere ſingulari numero, an hoc oſtreũ neutrale dicendũ ſit q̃ritur, nec dicẽda hæc oſtrea fœminini, ſingulari numero. Quod ita ab eruditis non uano aduocãdum eſt nullius animalis ſpeciale nomen inueniri, quod neutrale ſit:–

Margarita dicẽdum ne ſit, an margaritum. Catholicus canon. Margarita qd Carnis in nominatiuo ſingulari

¶ Margarita an margaritum dicendum ſit quæritur, & ferunt peritiores huius conchæ ipſum corpus quo plena eſt, animale eſſe, & ideo ſecundum ſuperius catholicum canonem fœminino genere margaritam proferendum, quemadmodũ oſtream. Ego de margarita cõtrà ſentio. non enim ipſa carnis qua concha prægnans eſt, margaritum eſt, ſed dicitur illi ineſſe calculus hic, quẽ nos margaritum uocamus. Sicut in cerebris piſcium lapilli quidam ſunt, nec ideo animales ſunt. Quare quum materia in qua margaritum naſcitur animalis, ipſe hic calculus qui naſcitur in animalis ſit, longe ſuauius ſalua obſeruatione ſuperioris catholici margaritum neutrali genere dicitur:–

Peruigilia dicendum ne ſit, an peruigiliæ

¶ Peruigilia neutrali genere plurali numero, an peruigiliæ fœminino genere plurali numero dici debeant quæritur, & dicẽdæ ſunt puigiliæ, nec hoc laborioſa ratione adprobatur. Nam cũ p ſe uigiliæ dicãtur, præpoſitione adiecta nõ naturã mutãt, ſed accipiunt tẽporis diuturnitatẽ, & qui uigilant, puigilare dicuntur:–

Peruigilare qd Calũnia prima ſyllaba correpta Menſa an meſa & unde dicta.

¶ Calumnia prima ſyllaba correpta eſſertur, uenit enim à uerbo calumnior hoc eſt fruſtror. Menſam ſine n litera dictam Varro ait, qđ media poneretur. ſed authores cum n litera ꝓtulerũt. Virg. Sæpe, ſed & menſam cum n poſſe dici. Idem Varro ait quod & menſa ἔδωτα. Edulia & eſculenta poneretur.

¶ Palilia dicunť. Pales enim dea paſtoralis eſt, cuius dies feſtus niſi quod quidam à partu Iliæ parilia dicere maluerunt. *Palilia*

¶ Camara dicuntur, ut Verrius Flaccus affirmat, non camera per e. Sed Lucretius, cameræq; caminis ex cratibus dicendo, etiã cameram dici poſſe oſtendit. *Camara dicẽdũ ne ſit an camera* *Cape quid*

¶ E neutralia propria in e, quæ ueniunt plura xi. ſunt. Rete foracte, cæpe κρόμυον. appellatiua talia, monile, præſepe, mare. factitia, plura talia, uitale, hoſtile, flebile. Factitia dicimus quod nõ ex ſe, ſed ex aliis naſcãtur. uitale enim à uita, hoſtile ab hoſte, flebile à fletu deriuatum eſt, Sed propriorum & appellatiuorum à fac. tiones ſunt. *Facti tia nomina quæ*

¶ Illa enim ita declinabuntur. hoc rete. tis. ti. te. te. hoc foracte foractis foracti ab hoc foracte. hoc cæpe. hoc monile. lis. li. hoc præſepe. pis. pi. ab hoc præſepe, declinatione ablatiuo ſingulari differunt. Faciunt enim cuius diuerſitatis quæ ratio ſit plenius etiam

In his nominibus quæ per is exeunt hoc praſepe neutraliter Pluraliter præſepia. Sed Plautus in Curculione fœminine eſt cum ad præſepem ſuam. Et Varro in Nepote hæc præſepes litera neq; maſculina neq; fœminina uenire niſi à Crotale, Calpe, Ephyre, quæ ut ſupra dictum eſt, cum analogia declinãda ſunt. Neutra igitur tantũ in e Genitiuus ſingularis in is exit ut huius toralis, huius fecialis ut ab hoc torali, ab hoc feciali. Nam ſi dicemus regulam neutrorum. Corrumpemus ſalua manente ſcripta. erant enim caſus quatuor ſimiles cũ traditum omnia neutra triptota eſſe non tetraptota neutro nomine i litera terminatus, a accipit & trium pluralem. ut ab hoc torali, hæc toralia & ab hoc feciali, fecialia. unde manifeſtum ſit uetera dici non ueteria, & ria, & plura non pluria, quamuis Terentius in Adelphis pluria dixerit, quorum ablatiuus nõ in i terminatur, ſed e maiore, plure, non ab hoc ueteri, maiori, pluri ablatiuus in e terminetur non in i comprehendi poteſt & poteſt de genitiuo plurali, qui ante um non habet i, ut ueterum, maiorum, & plurum dicimus. De maiore tamen uel minore poſſumus di- *Præſepe & præſepis.* *Feciale* *Vetera non ueteria.* *Plura nõ pluria*

Mare dicendũ ne ſit ablatiuo caſu, an mari.

cere e terminari oportere, quod quæ comparatiui gradus ſunt, i finiri non poſſunt. ſemper enim e litera in ablatiuo caſu finiuntur. Ab hoc mare an ab hoc mari dici debeat quæritur, quando quęcunq; neutralia nõ factitia ntõ caſu e litera finiuntur, ablatiuo quoq; eãdem literam ſeruabunt. ut hoc rete, ab hoc rete. hoc foracte ab hoc foracte. hoc præſepe ab hoc præſepe. hoc ancile ab hoc ancile. Ita hoc mare ab hoc mare, non ab hoc mari dici oportet:-

¶ Romanus ita refert mare. Varro de gente. p. r. iii. à mare ſeparata oppida, pro à mari ut refert Plinius. Idem inquit, antiquitatum humanarum xii. Ab Erythro mare orti. Et in Veſuuio, in mare aquam frigidam oriri. Atacinus quoq;, Cingitur oceano, libyco mare, flumine Nilo. Conſuetudo per i loquuta eſt contra definitionem quàm ſub titulo ruris dixit. Plautus in Ciſtellaria. Secundo uentu uectus tranquillo mari:-

Rete neutrali ne genere dicendum ſit, an maſculino retis

Reticulus

Reticulum

¶ Rete neutrali genere an retis maſculino dicendum ſit quæritur, ut in neutrali quidem plurali numero facit hæc retia, maſculino hi retes. fœminine enim nullam capit adfirmationẽ, quum per diminutionem aut maſculinum fit, ut hic reticulus, aut neutrum ut hoc reticulum. Nam impudentiæ eſt, ut dicat fœminino genere, hæc reticula, huius reticulæ, quemadmodum hæc nauicula huius nauiculæ. Dicendum eſt ergo ſingulari numero hoc rete, plurali hæc retia, tanquam hoc altare, hæc altaria. mare maria. monile lia. quanquã enim neutrali ſuauitate enuntiandi ſimilia ſint, aliquid tamen auctoritati Virgilii noſtri tribuendum eſt, dicentis. Retia rara plagę, & lato uenabula ferro. Et alio loco. Ego retia ſeruo. Quippe cum in cõparatione certaminis, nõ poteſt nihil eſſe qđ plus.

Tapete

¶ Hoc tapete dicimus, ut hoc facile, & ſic ſimiliter per omnes caſus huius tapetis huic & ab hoc tapeti. Pluraliter hæc tapetaium tibus, quã declinatione Vir. ſequitur, quũ dicit. Qui forte tapetibus altis. ſed & hoc tapetũ huius tapeti, huic tapeto, pluraliter hæc tapeta. horum tapetorũ. his tapetis. nã & ſic quoq; Vergilius declinat dicens, Inſtratos oſtro alipedes pictiſq; tapetis. ſed & maſculino genere dixit. Pictoſq; tapetas. cuius nominatiuũ faciunt quidam hic tapes, qui facit hos tapetas. quod ego quia nuſquam ſcriptum puto nequaquam probo.

Tapetum

Tapes

Vectigal an uectigale dicendum ſit

¶ Vectigale ratio poſcit non uectigal. Nominatiuus enim pluralis

ralis à ſingulari plus una ſyllaba creſcere debet, qui ſi incipiat duabus ſyllabis creſcere uectigal dicemus,quod tamen conſuetudini extorqueri non poterit,quin uectigal & ceruical & capital,tribunal animálq; contempta ratione dicamus:- *Animal an le*

¶ Lucretius tamen ait, unde animale genus. Genitiuus quoq; pluralis cum ratione uectigalium facit, auctores tamen uectigaliorum dixerunt, ut Aſinius, Vectigaliorum Reip. curã eſſe habendum. Et Horatius, Anciliorũ & nominis & togæ, ut bacchanaliorum, Saluſtius & Vulcanaliorum.

¶ Fœminina quoq; e litera finiuntur,ſed ut ſupra dictum eſt, græca tantummodo, & quidem e producta. ueluti Andromache, Helene, Agaue, Circe, Danae, Crotale, Calpe, Ephyre, quæ quoniam græca ſunt, græce declinari debent. huius Andromaches, Helenes, Agaues, Circes, Danaes, Crotales, Calpes, Ephyres. Sed ſi latine quis uolet, græcum e in a noſtrum mutare debet,dicétq; hæc Andromacha, Helena, Agaua, Circa, Danaa, Crotala, Calpa, Ephyra, ut grammatice, rhetorice facit, grammatica, rhetorica, quæ declinantur latine ex forma a litera terminatorum nominum:- *Andromache Andromeches. Helene es. Agaue es. Danae es*

¶ I maſculina in i literam nulla ueniunt latina, neutrale unum uenit nihili, & commune trium generum unum inuenies, hic & hæc & hoc frugi, omnibus & generibus & numeris monoptoton eſt, hoc eſt nulla litera mutata per omnes caſus eadem ſcriptura decurrit, tanquam hic & hæc & hoc frugi huius frugi huic frugi & cætera. *Nihili & frugi trium generum Monoptoton quid*

¶ Verum quod ad nihili pertinet, ego in alia opinione ſum, non enim illud nomen ſed aduerbium quantitatis exiſtimo, qui nec genus ullum, nec caſum recipit, ſed aduerbium potius ex nomine factum eſt, ſicut domus domi, Antium Antii, Karthago Karthagini, nihilum nihili, contra uero hoc nihilum nomen eſſe arbitror, quum caſus quoq; admittat, tanquam hoc nihilum huius nihili, huic nihilo, ſicut hoc momentum, huius momenti, huic momento. Nam dicimus exiſtimationem tuam nihili duco. Item dicimus nihilominus te habeo tanquam ineptum. atq; ſic, nihilum in ea re dicimus, quibuſdam placet frugi & nihili figura proferri, nec in declinationem flecti. Cumini & ſinapi græca ſunt, & Plautus dixit, Teritur ſinapi, cuius genitiuus cum s profertur, huius *Nihili quantitatis aduerbium. Domi Antij Carthagini Nihili nomen. Cumini Sinapi*

ſinapis.Cæteri caſus ſimiles ſunt nominatiuo.

Cupo
Cupa Virgilij liber.

¶ O litera terminantur tã maſculina q̃ fœminina,ſed correpta o in i mutant,circumducta uero genitiuo ſeruant o,ueluti Cato catonis,Cicero Ciceronis,Nero neronis, Iuno nonis, regio regionis.Communia,cupo cuponis,fullo fullonis, quamuis Virgilius librum ſuum Cupã inſcripſerit.Itẽ correpta o gtõ , ordo ordinis,cardo dinis,turbo binis,Apollo linis,margo ginis,uirgo ginis,harundo dinis,cupido dinis.

Caro carnis
Anio anienis
Debilia nomina quæ nunc appellant defectiua.
Sappho phus & nis.
Dido dus & nis
Ino Inus & nis.
Calypſo mater ex Vlyſſe.
Argus Iunonis cuſtos.

¶ Hæc uarie declinantur omnia, nam ut ſupra memoratũ eſt, aut ꝓducta o in genitiuo,aut o in i mutant.huic autẽ formę ꝗ nõ pareant caro carnis,& Anio anienis,quaſi debilia adnotant. Nullũ enim nomen o ꝓducta finitur,niſi peregrinũ,ueluti Ino, Sappho,Dido.Quæ ideo quidẽ græce declinare maluerũt,huius Didus,Sapphus,Inus. Sed melius eſſet ſecundũ latinã cõſuetudinem huius ſapphonis, didonis dicere. Nã & Pacuuius ſic declinat,filios ſibi procreaſſe eandem per Calypſonem autumant. & Actius,Cuſtodem aſſiduum Inoni appoſuit uirgini.Virgilius autem hãc Dido & Alecto dicere maluit. ut, & nomine Dido Sæpe uocaturum . luctificam alecto dirarum ab ſede dearum. Quare ergo Cicero Ciceronis,turbo binis.

Apollo linis
Carthago ginis

¶ Omnia nomina o litera elata ſiquidẽ ꝓpria ſint,per onis gtõ efferuntur,ut Zeno nis.Plato nis,& cætera.exceptis his duobus Apollo,Karthago . Nã Apollo quũ ſit ꝓprium nõ Apollonis facit,ſed apollinis.Itẽ Karthago nõ Karthagõis, ut Iuno Iunonis,ſed Karthaginis. Si autem appellatiua fuerint , duplici gtõ efferũtur.aut enim p o,ut præco præconis,latro nis, mucro nis. aut per i,ut ordo ordinis,cardo nis,margo ginis. Ergo in fœmininis ſi quando o literam i litera præcedit, tunc genitiuus ſeruat o literam,ut regio regionis,ſeditio onis ,ſuperſtitio tionis, emptio tionis. exceptis debilibus ſupraſcriptis anio & caro. Si autem uertit per i,ut conſuetudo dinis,caligo ginis.Excipiũtur autem hæc quatuor quæ & plurali efferuntur, & rationem confundunt,octo,pondo,quæ indeclinabilia ſunt & tantum pluraraliter efferuntur. Item duo & ambo de quibus infra dicetur, quæ declinantur hoc modo,duo duorum.Dubitatur ambo amborum ambobus & deinceps.

Octo
Pondo
Duo
Ambo

¶ Item quod caro carnis facit, Item excipiuntur & græca quæ nominatiuo o efferuntur,ut prædictum eſt,flexo accentu,

non graui, ut apud Romanos, ut Sappho, Erato, Dido, Manto. Nam ſuo ſtatu permanentes declinantur ſecundum græcam declinationem, ut Sappho Sapphus, Dido Didus, Manto Mantus, Erato Eratus, ut apud Virgilium, Fatidicæ mantus. Item quæritur quare Sino Sinonis, Menno Mennonis.

Canon
Memnon

¶ Omnia nomina græca, græcam rationem & apud latinos ſequuntur, & tunc producunt o literam genitiuo, quum etiam apud græcos producant, ut Κάνων κάνωνος, & apud nos Cano Canonis, Μέμνων Μέμνωνος. Si autem apud græcos corripiunt, eadem ſimiliter & apud nos, Memno memnonis, ubi autem per τος efferuntur, & apud nos per tis, ut ἱπποκόων ἱπποκόοντος, Ippocoon Ippocoontis. Turbo, ſi ſit proprium nomen, Turbonis facit, ſi appellatiuum, turbinis, nam ſiue uentus, ſiue quo ludunt pueri, hic turbo dicitur, non ut quidam ſtulte hic turben dixerunt puerorum. Nam Virgilius dixit, torto ſub uerbere turbo. Antipho quoque & Demipho ſimiliter declinantur, huius Antiphonis, Demiphonis, non ut quidam Antiphontis, & Demiphontis, græca declinatione,

Turbo bonis & binis.
Turben binis
Antipho
Demipho

¶ Omnia enim græca quæ in ων exeunt, ut Antiphon, Demiphon, dracon, leon, faciunt Ἀντιφῶντος, Δεμιφῶντος, Δράκοντος Λέοντος, & amiſſa n litera redduntur, & ut oportet declinantur latine. ut Antipho, Demipho, draco, leo, & faciunt Antiphonis, Demiphonis, draconis, leonis.

Margo dubij generis.
Macer
Aemilius
Rabirius.
Vligo
Farrago

¶ Margo fœminino genere & uirgo, imago, Carthago & cætera quæ ante o habent i. Idémq; & Aemilius Macer ait fluuiorum margine ſumma. & Rabirius extulit, Idæos ſumma cum margine colles. Inueniuntur tamen ex eadem forma maſculina, uligo & farrago.

Ambo & ambos
Duo & duos

¶ Quare apud auctores margo maſculino quoq; dicitur genere, ut apud Ouidium, Brachia longo margine, & frequenter Varro rerum ruſticarum. Sic ambo & duo an ambos & duos ratione cum s dicimus, quod omnes partes orationis quæ caſus habent, exceptis neutris & monoptotis, in s litera accuſatiuo plurali deficiunt.

¶ Præterea quæcunq; fœminina accuſatiuo plurali as literis terminantur, & poſſunt ad maſculina transferri a in o mutant,

faciuntq; maſculina , ut has magnas , hos magnos , & has doctas hos doctos . Ita quum dicamus ambas & duas, nimirum a in o translata, ambos duoſq; dicimus. Nonnulli tamen græcos ſequuti, quia illi τοὺς δύο & τοὺς ἄμφω dicunt, hos duo & hos ambo dixerunt. in quibus Virgilius. Verum ubi ductores acie reuocaueris ambo . Ambo enim non eſt dicendum, niſi de iis, qui uno tempore quid faciunt , utputa Eteocles & Polynices ambo perierunt quaſi unà. Romulus autem & Africanus non ambo triumphauerunt, ſed uterq; quia diuerſo tempore.

Ambo, Vterq; in quo differũt.

¶ V litera neutra tantum terminantur , & ferè hæc . ueru, genu, gelu, cornu, tonitru, & quidam uolunt teſtu, quod è numero horum ſeparandum eſt, q auctores teſtam potius dixerũt, ut Virgilius. Teſta cum ardente uiderent , ſcintillare oleum. & Horatius. Spartacũ ſi qua potuit uagacem fallere teſta. alii enim ſeparantes amphoræ quidem teſtam dicunt , teſtudinis uero teſtu, ſed fruſtra, nam græci ὄστρακον ſine diſtinctione dicunt, tam amphoræ quàm teſtudinis.

Teſtu & Teſta

¶ Nomina autem nominatiuo u litera terminata, in ſingularitate per omnes caſus eandem u literam ſeruant nouiſſimam, in pluralitate tantũ declinantur, ut genua genuum. nibus. cornua nuum. nibus, nec tamen dicimus uerua, cum ſit ſimile, ſed uera & ueruum & ueribus.

Vera dicẽdum, non uerua.

¶ As terminata nomina, caſu nominatiuo in genitiuo creſcente is ſyllaba finiuntur, ut Mœcenas, natis. Aſprenas, natis. nominatiuo uocatiuum ſimilem habent ó mœcenas, ó aſprenas. Sed ſi ſint peregrina, genitiuo caſu in æ deficient, ut Aeneas Aeneæ Gyas gyæ, uocatiuos amiſſa s, producent a ut quo fugis Aenea, quáuis ueteres hic Aenea dixerint ſine s, ut Varro in Agemodo In hac ſpecie ſunt & Amyntas, Archytas, Menalcas, Lycidas, quorum æque uocatiuus s amiſſa, a producitur. Inueniuntur tamen quædã peregrina quæ cũ incremento ſyllabæ declinẽtur. ut Calchas, Pallas, Athlas, Gigas, faciunt enim calchantis, pallantis, gigantis. quamuis antiqui ut Pacuuius & Plautus calchan dicãt, non calchantem. Solet uenire in quæſtionem quare æneas æneæ, mœcenas mœcenatis , thoas thoantis . Omnia nomina quæ as terminãtur ſyllaba, ſiquidẽ latina ſunt , maſculina tertii ordinis erunt. ut hic Suffenas ſuffenatis, hic mœcenas mœcenatis. Item fœminina, hæc ciuitas tatis. exceptis his monoſyllabis tribus, quę

Aenea Aeneæ.

Calchan & Calchantem

Aeneas neæ Mœcenas tis cur.

quidem tertii ordinis,ſed genitiuum diuerſum faciunt.Nam cũ omnia latina per tis efferant,hæc ſola diuerſis genitiuis efferun tur. Ni mars martis,as aſſis,uas uadis faciunt,ſi autẽ fuerint græ ca,modo ut primi ordinis declinabuntur, modo ut tertii . Sed tum primi ordinis, quum genitiuum græcum habuerint per ου aut per ος ut ὁ αἰνείας τοῦ αἰνείου huius Aeneæ,ὁ ἀγρίππας τοῦ ἀγρίππου huius agrippæ,licet attici τοῦ ἀγρίππα dicant . Si autem genitiuũ per τος ut ὁ θόας τοῦ θόαντος latine tis facient, ut hic thoãs huius thoantis,& ſimilia.

Mars martis
As eſſis
Vas uadis
Agrippa pæ

❡ Es terminantur maſculina & fœmininina ❀ neutra ❀ ſicut in ſuperioribus ❀ ordine ad notauimus diſcernentes quæ per es correptam & per es productam efferantur,quæ etiam in communionẽ ueniant.ſed & ❀ dis ſyllabam genitiuo faciunt, quum omnia per tis efferantur ❀ ſunt quædam quæ nominatiuo & ſingulari & plurali caſu ſimiliter efferantur ❀ & ſunt fœminina,ut diminutio quoq; manifeſtat,dicimus enim nubes nubecula,ſpes ſpecula , res recula.nam maſculina modo es, modo a terminarunt.ut Anchiſes Anchiſa,Chryſes Chryſa.At tes Atta,Atrides atrida,ut Propertius,Nõ ita dardanio gauiſus atrida triumpho. Vergilius quoq; quũ dixiſſet Patris Anchiſæ, item ſatus anchiſa ècontrario intulit. quæ regio Anchiſen.Item quum dixiſſet Darii nomen Aceſtæ intulit , Sed lætum amplexus aceſten.ut mihi uideatur hunc Anchiſam & hunc Aceſtã ut duram declinationem repudiaſſe. Miltiades autem & Alcibiades item Diomedes indubitanter nominatiuo es finiuntur, genitiuo is non ut priora modo Tyeſtes modo Tyeſta, & Orontes Oronta.Chremes & Laches apud comicos ſimiliter uarie declinantur, modo huius chremis,modo huius chremetis, Lachis lachetis.hermes autem hermetis tantum,ut Socrates ſocratis tantum.nam & Pericles Stratocles græce tantum ſunt conſuetudinis . nullum enim nomen in latina lingua deſinit in flexum e. Quare Dioſcurides dioſcuridæ , Demoſthenes demoſthenis, Menes menetis ſolet quæri.

Nubes,
Nubecula
Spes Specula
Res recula
Attes & Atta
Alcibiades
Diomedes
Tyeſtes & Tyeſta
Orontes & Oronta
Chremis & Chremetis
Lachis & Lachetis
Hermes hermetis
Dioſcorides dis
Demoſthenes
Demoſthenis.
Menes menetis.

❡ Omnia igitur nomina in es nominatiuo caſu elata ſiquidẽ latina ſint, genitiuũ facient per is.ut Hercules is. Verres ris. Sin autem græca, tribus modis declinabuntur.aut enim per æ genitiuum facient, aut per is, aut per tis. & hæc ita declinabuntur.

Quæ apud græcos faciunt genitiuũ per ου, hæc apud uos per æ, ut Διοσκουρίδης δου Dioſcuridæ, quæ uero per ους hæc per is. ut Δημοσθένης ους Demoſthenis. quæ autem creſcunt, & per os enunciantur. Similiter apud nos per tis. ut Μένης μένητος menetis. ut apud Vergilium. Belidæ nomen Palamedis quia Βη λίδης δου belidæ Παλαμήδης δου Palamedis.

Belides
Palamedes

❧ Inueuiuntur apud ueteres quæ ſine ratione genitiuum faciunt per i, ut apud Saluſtiũ in prima hiſtoria. Bellum perſi macedonicum. Item apud Vergilium, Immitis Achilli. & alio loco, Fallacis Vlyſſi. namq; ſi eſſet nominatiuus latinus Acchilleus, merito faceret Achillei, ut Euriſteus, & Mneſtheus. Sed quia non eſt Achilleus, ſed Achilles Achillis facit, ut Hercules lis. non Achillei & Mneſthei:—

Perſi ꝑ perſis
Achilli
Vliſſi pro Vliſſis.
Achilleus

❧ Quæ uero græca flexo accentu proferuntur hæc in confuſo ſtatu permanente ſecundum græcam declinationem ordinãtur es ſyllaba terminata. ut Eumenes eumenus, Aithales aithalus, Euprepes euprepus, quanquam quidam ſic declinari maluerint. eumenetis euprepetis. Excipiuntur autem hæc quæ genitiuo creſcunt. ut locuples pletis. merces mercedis. heres heredis. ceres cereris. pubes puberis. pedes ditis.

Authales

❧ Item ex tertio ordine hæc in quæſtionem ueniunt. ut quare nubes nubis, & fides fidei, es literis productis elata. Siquidem i habuerint ante es ſyllabam, genitiuum faciunt per i, ut acies aciei, dies diei, luxuries ei, excepto uno hoc nomine quies, quod facit quietis. quanquam requies ab eo compoſitum requiei faciat ſecundum rationem à nobis demonſtratam, ut apud Virgi. in iiii. Requiẽ ſpatiũmq; furori, quod ſi eſſet genitiuus requietis requietem faceret nõ requiem. Cicero autem aliter declinauit ſecutus numerum ✿ arum huius pernities ratione illa, quod cum nominatiuus pluralis à genitiuo ſingulari proficiſcatur, ſitq; aut idem aut earundẽ ſyllabarum. ut huius ſcholæ, hæ ſcholæ, & huius Marci, hi marci. Itẽ huius felicis hi felices, & huius domus hæ domus, æque ſequi debet nominatiuum pluralem. Ideo Cicero pernities cauſa genitiuum extulit.

Nubes bis
Fides fidei cur
Quies quietis
Requies requieti.
Pernicies pro perniciei

❧ I ante s productam non habent hoc genere faciunt per is. ut nubes nubis, ædes ædis, ſedes dis, exceptis his quia cum nominatiuum habeant per es productam, non tamen ante es ſyllaba

i literam habent, nihilominus genitiuum faciunt per ei. ut res rei, ſpes ſpei, fides fidei. Item excipiuntur hæc quæ genitiuo caſu creſcunt ſine ratione, ceres, merces, pubes. nam cereris, mercedis, & puberis faciunt.

Ceres. Merces. Pubes.

¶ Ergo ſcire debemus quod fides & pubes duplicem gtm̄ habeant. fides facit quū ſignificat lyram, fidis, ut fidis ſe intendiſſe latine Perſius ſecundum rationem à nobis demonſtratam apud Vergilium inueni. Fidibuſq; canoris. Sin autem fides πίστιν ſignificat fidei facit nō ratione, ſed diſtātiæ cauſa, ſimilis eſt ratio & pubes nam pubes eſt ἡ ἥβη ἡ νεολαία. Ergo quū ἥβην ſignificamus, ſic declinamus. hæc pubes huius pubis, ut apud Vergilium iii. Pubetenus. Si autem iuuentutem aut ætatem ſignificamus, puberis facit, ut eſt apud eundem Vergilium in primo. Haud aliter puppéſq; tuæ pubéſq; tuorum.

Fides fidis & fidei.

Pubes

Miles militis

Reſes dis

¶ Miles militis, quare & reſes reſidis. omnia nomina latina es ſyllaba correpta elata, genitiuum faciunt per tis. ut miles tis, comes tis, ſeges ſegetis, teres teretis. Excipiuntur hæc quæ genitiuum faciunt per dis. ut reſes reſidis, obſes obſidis. & ideo genitiuum per dis faciunt, quia ex uerbis trahantur, nam reſes a reſidendo, obſes ab obſidendo, preſes a præſidendo. Cætera uero exceptis his, per tis efferuntur, ut ſupra dictum eſt.

Obſes unde

¶ Fides quum chordam ſignificat, huius fidis facit. quum deam huius fidei, quamuis Plautus dixerit. fidei cenſebam maximam multo fidem ❀ Pub ❀ iuuentutis ſignificatione, lanuginis etiam partis in qua pubis facit. at cum ætatem ſignificamus huius puberis, & negatione adiecta, non tantum impuberis, ſed impubis, comitemq; impubis Iuli Virgilius dixit.

Fides fidis & fidei.

Pubes pubis & puberis.

Impubes impubis & impuberis.

¶ M litera neutra tantū finiuntur, & quidē præpoſita u. ſtagnū telum, aliquādo etiā i nouiſſimæ ſyllabæ præfertur. ut pallium ſcrinium, olium, allium, ſolium, ſic enim dici debent, non ut alii diſerti dicunt alleum per e, & doleum, & palleum, nam & Vergilius allia ſerpillúmq; per i dixit, quod utiq; in genitiuo debet geminari, ut huius pallii, ſcrinii, dolii, alii, ſolii, quod genitiuus numero ſyllabarū minor eſſe nominatiuo nō debet. Quare magis denotati ſunt qui maluerunt per unum i imperi & ingeni dicere, q̄ ſecundum regulam imperii, ingenii, geminata i litera.

Clium & nō oleū

Allium & non alleum.

Dolium & nō doleum.

Pallium & non Palleum.

Imperi pro rij.

Ingeni pro nij

¶ Inuenimus tamen & per i unum a Virgilio dictum. Ille urbē

Pataui pro uij. Aemilius æmily et Iulius Iuly in uocatiuo.

Pataui pro patauii, plus in hac obſeruatione geminandi in maſculinis animaduertimus. ut hic Aemilius huius lii. hic Iulius lii. In uocatiuo tamen i literā ſubtrahimus, nam ſi o Aemilii & Iulii dixeris græce declinaueris, ut Lucilius, Tierei leontado & Pomani & thermo Parnime.

Contagium Contagio

¶ Contagium ueteres magis uſurpauerunt, ſed Salluſtius contagionem maluit dicere . primo ubi contagio quaſi peſtilentia inuaſit, ciuitas immutata. Vergilius autem, Nec mala uicini pecoris contagia lædent.

Seruitium Seruitus

¶ Seruitium multitudo eſt ſeruorum, ſeruitus conditio ſeruiendi, ſed ueteres indifferenter ſeruitium , & pro ſeruitute poſuerunt. Seruitio enixe tulimus, Virgilius in tertio:–

Tergum tergi Tergus tergoris

¶ Tergum dorſum eſt, & declinatur ſic. hoc tergum, gi. go. Pluraliter hæc terga tergōrum, producte. tergus autem pellis, huius tergoris facit. Pluraliter tergora & genitiuo tergōrum correpte. Sed contrario Virgilius terga boum dixit & in ix. Hinc raptas fugientibus ingerit haſtas, in tergus. Quidam uolunt tergum hominis eſſe, tergus uero pecoris.

Forum quid Fori qui Forus

¶ Forum neutro genere dicimus locum rebus agendis deſtinatum, aut quum commercium ſignificamus, & Lucilius, quum illa fora itant. Maſculine autem tabulata nauium & ſemper pluraliter, quamuis Gellius fora nauium neutraliter dixerit. & Lucilius Negotiorum forum maſculine extulerit libro tertio, forus olim ornatus lucernis.

Callum, Callus Marſi fabellarum libri.

¶ Callum neutro genere dicitur. Cicero Tuſculanarum, Ipſe labor quodam callo obducit, & Plautus in Perſa magis calleo q̄ aprugnum callum callet . Sed Marſus fabellarum ix. maſculino ſic. Callum ſibi pectore quendam.

Lignum Aſparagi Ligna

¶ Lignum ſingulariter ſemp̄ dici debet, in multitudine Cato originū primo, uehes ait ligni, ſicut & faſces dicuntur. Aſparagi quamuis aſparagos pluraliter dicamus, ut Lucilius iii. Aſparagi nulli. Idem in eodē, ligna pluraliter dicit. Studet hi ligna uidere.

Cœlū et cœlus

¶ Cœlum hoc quum ſit neutrum, etiam maſculine ueteres dixerunt. & Ennius, Quē cœlus genuit. Itē quoq; cœlus p̄fundus.

¶ Ocymum cōſuetudo neutraliter dicit. Sed Aemilius Macer ait, Inter præteritas numerabitur ocymus herbas.

Ruſſeū non eſt dicendum. Ruſſus color.

¶ Ruſſeum grammatici nō magis dicendum putant q̄ albeum aut praſmeum, ſed ruſſum & album praſinum.

¶ Septemdecem antiqui dixerunt, quoniam obſeruabant, ut minores numeros prius ponerent, ſed iam exoluit.

¶ Mendum neutro Varro in Admirandis dixit, magnum mendum. Sed Ouidius fœmininine, noctę latent mendæ. Item, Eximet ipſa dies omnis è corpore mendas. ergo mendum in mendacii ſignificatione dicetur, menda in culpa operis aut corporis. *Mendum, Menda differunt*

¶ Piſtrinum neutro dicitur, ſed Lucilius xvi fœminine extulit. Media è piſtrina ad tabernam referens ut Caupona dicitur. Nam & Terentius diminutiue Piſtrillam dixit. Piſtrilla erat quædam *Piſtrinum & piſtrina. Piſtrilla apud Terentium*

¶ Quintum tricenſimum annum dici ſine etiam coniunctione uult Varro epiſtolicarum vii. & ſimilia, nec interponēdam coniunctionem in ipſa re coherentem, ut ſi dixero ad quintum & tricenſimum prædium habeo, iam duo ſignificabunt, alterum ad quintum, alterum ad tricenſimum. *Quintum tricenſimum Quintum & tricesſimum.*

¶ Pulmentum & pulmentarium dicitur, Nam Cato originum tertio laſerpitium pro pulmentario habet, In eodem, multo pulmento uſi, ſed quidam putant pulmentum quaſi pulumentum melius dici. Varro autē ad Ciceronem v. pulmentum ait, quod id cum pulte eſſet, & inde pulmentarium dictum. *Pulmentum & pulmentarium. Laſerpitium pro pulmento.*

¶ Plurum Modeſtus putat eſſe dicendum non plurium cum i. Ea enim nomina quæ comparanda ſunt, genitiuo i habere non debent. ut fortiores fortiorum, meliores meliorum, ſic plures horum plurum, ſed conſuetudo plurium cum i dicit. Vnde & Terentius in Phormione, noua hic complurıa dixit. *Modeſtus grammaticus. Plurum dicendum ne ſit an plurium. Compluria*

¶ Pulchrum Varro aſpirari debere negat, ne duabus conſonantibus media intercedat aſpiratio, quod minime rectum antiquis uidebatur, unde & ſepulcrum hodieq; manet, quod ſit ſeorſum à pulchro propter recordationem doloris. *Pulchrum ſcribendum ne ſit, an pulcrum. Sepulcrum*

¶ Eboreum ratione dicimus, ut à marmore marmoreum, & pumice pumiceum, ſed conſuetudo etiam eboratum admiſit & eburnum. Virgilius Humeróq; Pelops inſignis eburno, quæ ita placuit diſtingui, ut eboreum ſit ex ſolido ebore confectum, eboratum extrinſecus ebore ornatum, eburnum à ſimilitudine eboris aptatum, ut Virgilius ſenſit. *Eboreum, Eboratum, Eburnum, differunt.*

¶ Vs omnia nomina quæ per us ſyllabam nominatiuo caſu terminantur, hæc gtō aut per i exeunt & ſunt ſecundi ordinis, aut per is & ſunt tertii ordinis, aut per us ſimilem nominatiuo, &

Lupus lupi *Lepus leporis*

ſunt quarti ordinis, de quibus plenius definitum eſt in ſuperioribus, ſub titulo de nominatiuis ad regulam redactis. Quare ergo lupus pi, lepus huius leporis.

℃ Omnia nomina quæ us proferuntur, quæ quidem maſculina aut fœminina ſunt, genitiuum faciunt per i, aut per us, aut p is, hic Marcus ci, hæc laurus ri. per us autem hic ſenatus tus, hæc domus mus. Si autem fuerint neutralia per is, ut hoc tẽpus oris. hoc munus eris.

Vetus ris. *Lepus ris.* *Ligus ris.*

℃ Excipiuntur autem hæc in maſculinis, ligus, lepus, uetus, faciunt enim genitiuo liguris, leporis, ueteris. In fœmininis hæc, quæ item gtm̃ faciunt per is, ſalus tis, iuuentus tutis, palus dis, ſenectus tutis, uirtus tutis, ſeruitus tutis, tellus ris, uenus eris, fraus dis, laus dis. In neutralibus hoc pelagus, uulgus, uirus. Nã quum omnia neutralia faciant genitiuum per ris, ſola hæc tria genitiuum faciunt per i, quanquam de uulgo ambigitur, inuenitur enim & maſculine elatum ut apud Virgilium in ii. hinc ſpargere uoces in uulgum ambiguas. ſed idem & neutraliter in primo, Sæuitq; animis ignobile uulgus, meminerimus autem tantummodo pelagus & uulgus ſingulariter declinari, Itẽ mq; uirus.

Vulgus ambigui generis.

Penus

℃ Penus quomodo debeat declinari incertum eſt. Nam Plautus in Pſeudulo eodem ferè loco & maſculino genere dicit hic penus, & neutro hoc penus. Virgilius etiam fœminino longam penum. Igitur quum poſſimus ſecundum neutrorum formam huius penoris dicere, aut ſecundum maſculinorum & fœmininorum huius peni, neutrum dico quia apud auctores nondum exemplum quod ſequar, inueni.

Penoris & peni nõ extare apud auctores.

℃ Carduus trium ſyllabarum eſt ut arduus, fatuus, mortuus, ideóq; ſimiliter declinandum eſt ut huius cardui, carduo. Pluraliter hi cardui, duorum, duis. Quod ſi quis huius cardus dicere uoluerit, cogit nonnunquam genitiuum ſingularem u duplici poſſe finiri.

Seruus an uos *Ceruus an uos.* *Vulgus an gos*

℃ Seruus, ceruus, uulgus, à quibuſdam per u & o uidelicet quia duæ uocales geminari, ut unam ſyllabam faciant, non poſſunt, ſed per geminum u ſcribi debent, qa & ſic ſonant, & ambiguitas caſuum tollitur, & unum u loco conſonantis accipitur.

Aſſiduæ *Seruius Tullius cẽſum inſtituit.*

℃ Adſiduus quidã per d ſcribunt, quaſi ſit à ſedendo figuratũ, ſed errant, nam quum à Seruio Tullio populus in quinq; claſſes eſſet diuiſus, ut tributũ, prout quiſq; poſſideret, inferret, ditiores

qui aſſes dabant aſſidui dicti ſunt, & quoniam ſoli in negotiis
publicis frequenter aderant,eos qui frequenter adſunt,aſſiduos
ab aſſibus dixerunt.

¶ Tus à tundendo ſine aſpiratione dicitur,quamuis Iulius Mo
deſtus ἀπὸ τοῦ θύειν tractum dicat.

Tus an thus
Modeſtus grammaticus.

¶ Bouus non niſi ſingularem numerum capit, nam pluralem
nemo dixit.

Bouus

¶ Podagroſus à podagra bene dicitur,ſed & podagricus à pedũ
ægritudine,cuius exemplum apud Laberium eſt in Aquis.

Podagroſus
Podagricus

¶ Aeditimus dicitur qui ædem ſeruat,quaſi ædis intimus. Aedi
tuus ab æde tuenda. Lanius dicitur,ut Terentius,Lanii,coci. &
Saluſtius,quin uinarii,ubi illud quoq; notauimus uina.

Aeditimus
Aedituus
Lanius
Vinarius

¶ Lanio autem quaſi diminutio eſt lanii.

Lanio

¶ Aſſarius ab antiquis dicebatur,nunc as dicitur non aſſis
❀ genitiuus eſt ut ſicut occuſſis,huius ablatiuus eſt ab hoc
occuſſe, ideóq; occuſſe bene dicimus.ſed da illi occuſſe ſolœci-
ſmus eſt,nam ❀ cus ne dixeris,ſed quaternarius,ſub-
auditur enim nummus.ſeſtertius nummus & denarius nũmus.
Nam nummum appellamus quod græci . Seſtertius autem
unde appellatur,ſolet quæri,quod manifeſtum erit ſi ſciamus ap
❀ denarium decem aſſes habuiſſe. Ideóq; in rationi
bus faciendis denarium de decuſſ.X inductum notamus.cuius
quarta pars dipondius ſemis, ſeſtertius dicitur quod de tribus
aſſibus ſemis deficiat.Deniq; & nota quod nihil aliud q̃ dipon
dium & ſemis HS oſtendit.

Aſſarius
As non aſſis.
Occuſſis uel octuſſis
Nummus quid
Seſtertius quid & unde denarius olim decuſſis.

¶ Hic locus & hi loci maſculino genere ratione dicimus, ſed
& hæc loca conſuetudo quaſi locali uſu uſurpauit, non tamen
& ſingulare neutrumq; genus admiſit. quamuis quidam uelint
neutro genere Saluſtium dixiſſe,Eſt locus in carcree quod Tul-
lianum apellatur,ſed fruſtra,quod enim à Saluſtio abſolute Tul
liano coniunctum eſt.

Locus,loci,loca
Quod abſolute poſitum.

¶ Delirus à lira aratri ducta appellatur, ſed eſt tamen delerus
per e, ἀπὸ τοῦ λήρου compoſita uideri.

Delirus delerus & unde

¶ Cubicularius eſt cuſtos cubiculi,Cubicularis uero lectus cu
biculo aptus.

Cubicularius
Cubicularis

¶ Caligarius artifex.Caligaris clauus ſimiliter ars fabrica,& Iu
lius Fabrius & cellarius ſeruus,dardus cellarius,balnearius fur,
balnearis murteus & ſolea balnearis, unde perſpicuũ eſt Caluũ

Caligarius
Caligaris
Clauus caligaris.

Triclinarius Triclinaris

ad amicos non recte dixiſſe, Ne triclinarius, quum triclinaris dicere maluiſſet.

Balteus & alteum,

¶ Balteus maſculino genere ſemper dicitur ut clipeus, infelix humero cum apparuit alto, balteus Virgilius dixit. Plinius tamen uult maſculino genere funiculum ſignificare, neutro autē genere lora ad ligandum apta. ſed Varro baltea dixit & Thuſcum uocabulum ait eſſe. Item humanarum decimooctauo.

Curriculus Curriculum

¶ Curriculus maſculine diminutione currus, neutraliter curriculum ſpatium ad currendum aptum, ut ipſum currendi officiū, ut Cicero & Varro loquuntur.

Clipeus & Clipeum

¶ Clipeus maſculino genere in ſignificatione ſcuti ponitur, ut Labienus ait, neutro autem genere imaginem ſignificat. Sed Aſinius ꝓuinciæ hæredibus imaginis clipeum maſculine dixit. Clipeus prætextæ imaginis poſitus. Et Liuius in ſignificatione ſcuti neutraliter ſæpius, & Pomponius in Capella quum ait.

Clipeum Clupeum

Clipeum in medium fixum eſt. Quare dubii ſermonis ſecundo indiſtincto genere dici ait, ſed litera differre, ut pugnatorium per i clipeum dicamus; quod eſt clepere ideſt cęlare dictam, imaginem uero per u à cluendo, ſed hæc differentia mihi diſplicet propter communionem i & u literarum, nam & maximus & maxumus dicimus, & optimus & optumus, nec tamen illa diff ❀ mus ❀ nomina quæ ante u habent i, duplici i genitiuo ſingulari finiri debent, neceſſe ſit aduerſus obſeruationem ❀ nominatiuo minorem fieri genitiuum, idq; Varro tradens adiicit quæ ſingularem talium nominum per duplex i ſcribi debere, frequentius caſum corrupi ❀ tamen & per i genitiuum ſcribi poſſe exiſtimat, ait enim ſeruandi numeri numerum ut ſeruemus ❀ q;, nunquam enim hoc intuliſſet niſi & numerum per i, huius ❀ faciendi crederet, deniq; & in libro quarto ſic ad porro hoc ❀ lum fecerit colum, ut Cornelii Cornificiiq;, & paulo poſt ❀ pueri Lucii hoc unius fieri, & Plinius quoq; dubii ſermonis u adiicit ❀ eandem rationem per duo i, ſed multa ea conſuetudine ſuperari opinionem de uocatiuo caſu traditam infirmat, quod hic pius in uocatiuo pii faciant, adeo enim non ſemper uocatiuus caſus eandem naturam patitur, quam genitiuus.

¶ Præfectus

¶ Præfectus fabrum ut dici poſſit ex antiquitate durauit. ſicut tribunus & præfectus, ubi dicimus quidem & ❀ & præfectus urbis & præfectus fabris participaliter, ſed elegantius eſt ab antiquis uſurpatum. *Præfectus fabris & fabrum*

¶ Largus nomen facit ex ſe aduerbium large, quia omnia nomina quæ in qualitate ſunt aut in quantitate, ſi datiuo caſu in o exeant, o in e mutant & aduerbiũ faciunt, ut doctus docti docto fa cit docte. Sed ueteres hoc non obſeruauerunt. nã & duriter Terentius, & Plautus ampliter. *Large & non largiter. Duriter Ampliter*

¶ Caſeus maſculini generis eſt. ut Virg. Pinguis & ingratæ premerere caſeus urbi. Et Lucilius xiiii. Caſeus ala molliet. ſed Pomponius neutraliter dixit, In lenonem caſeum molle. *Caſeus & Caſeum.*

¶ Loculos & locellos pluraliter dici multi mutant, quum ſit hic loculus, cuius hypocoriſma eſt hic locellus. Nam Varro rerum ruſticarum ſecundo loculum dixit, & Cæſar ad Piſonem locellum tibi ſignatum remiſi. *Loculus & Locellus*

¶ Catinus maſculino genere dicitur ut Mœcenas in x. Iugeribus ait fumans calido cum farre catinus. & hinc deminutiue catillus fit. ut Aſinius cõtra maledicta Antonii, uolutantq; urbe tota catilli. ſed Varro ad Ciceronẽ xi. catinuli dixit nõ catilli. *Catinus Catillus Catinulus*

¶ Galeros Virg. maſculino genere dixit, Fuluoſq; lupi de pelle galeros. & Cornelius Seuerus, Flauo prætexerat ora galero. Sed C. Gracchus apud Cenſores cum galera urſi cum dixit Varro de actione ſcenica ſecundo hiſt. Galearia unde & galericula dicuntur. *Galerus Galere Galeria Galericula*

¶ Calamiſtros Cicero in oratione maſculine dixit. & Varro de ſcenicis originibus hunc calamiſtrũ. ſed idẽ in triſallo, calamiſtra & Plaut. in Curculione, pecten, ſpeculum, calamiſtrum meum. *Calamiſtrus Calamiſtrum*

¶ Secus neutri generis nomen, unde & Saluſtius uirile ſecus dixit, hoc eſt uirilis ſexus quod per omnes caſus integra forma declinatur. Fit ſecus & aduerbium quod ſignificat aliter, unde naſcitur ſecius ἀλλοιότερος. Cæterum id quod uulgus uſurpat, ſecus illum ſedi, hoc eſt, ſecundum illum & fatuum & ſordidum eſt. *Secus pro ſexu Secus aduerbiũ*

¶ Aluum fœminino genere Virgilius ſæpe dixit, ſed maſculine tiuus. Partus grauido portabat in aluo, & Aelius Cinna. At ſcelum inceſtum urpi creſcebat in aluo. & Laberius & Accius frequenter, quot magis uſus celebrauit. *Aluus*

Munificus
Munifex

¶ Munificus eſt tanquam beneficus & maleficus, munifex autẽ tanquam opifex & artifex. Itaq; mnnificus munera largitur, munifex autem munere fungitur.

Sincerus
Sincere

¶ Sincerus dicitur non ſinceris, ut Virg. ait, Inſincerus apes tulit cruor, ſed neutraliter hoc ſincere dicitur, ut Terẽtius, Si iſtud crederem ſiucere credi.

Sibilus
Sibili
Sibilum

¶ Sibilus dici oportet ut Virgilius, Nam neq; me tantum uenientis ſibilus auſtri. Cicero de gloria, In Tuſculanum mihi nuntiabantur gladiatorii ſibili, ſed & neutro genere quidam dixerunt, ut Ouidius. Sibila dant ſaniemq; uomunt. Cornelius Seuerus, Et ſua concordes dant Sibila clara dracones, & Macer Theriacon ſecundo, reſonantia ſibila colla.

Quinquatrus
quid & unde
Ancilia quãdo
luſtrabantur.
Stomachus

¶ Quinquatrus ſupra nõ quinquatria, nõ enim dictæ ſunt qnq; dies atries, ſed q; quintus antiqui dicebant ſiue à quinquando, ideſt luſtrando q; eo die arma ancilia luſtrari ſint ſolita.

¶ Stomachus etiã in pluribus ſingulariter dicit, ut ait Caluus quorum prædulcem cibum ſtomachus ferre non poſſunt.

¶ Diuinitus quum dicimus ex dei mente factum ſignificamus, diuine uero quum laudamus.

Nudiuſtertius
Die quarto
Die quinto de futuro.
Nudiusquartus
Nudius quintus
de præterito
Perendie

¶ Nudiuſtertius hoc ſignificamus, nũc eſt dies tertius. Itẽ nudiusquartus. ſed quare de futuro utrum nudius an dicendum ſit die quarto & die quinto, ſicuti perendie quum dicitur, ſed quibuſdam diſplicet, propterea quod cum dicimus perendie, poſtponimus die, quum uero die quarto præponimus, ſed ueteres non aliter loquuti ſunt, ſunt enim coniuncta & nominantur. Præterea tempus non numeratur, ut in illis nudiuſtertius & nudiusquartus.

Iuriſconſultus
nõ iurecõſultus
Iure peritus
Graccus
Ortus
Graccus unde dictus.
Collactaneus
non collacteus

¶ Iuris conſultus dici debet non iureconſultus, licet Cicero p Murena ita dixerit. & Lucilius ſecundo ut Iure peritus.

¶ Graccus & ortus ſine aſpiratione dici debere Varro ait, & ortum quidem quod in eo omnia oriantur. Graccum autem à gerendo quod mater eius duodecim menſibus utero eum geſtauerit, aut à gracilitate corporis ut quidam uolunt, ſed conſuetudo & gracchos & hortos cum aſpiratione uſurpauit.

¶ Conlactaneus dici debet, nam collacteus nemo dicit.

¶ Er. Omnia nomina quæ nominatiuo caſu in er terminãtur, aut maſculina aut fœminina ſunt, quanquam neceſſe eſt ut genitiuo caſu aut per i aut per is literas exeant, exceptis his quæ

utiq; neutralia ſunt, iter, cicer, papauer, cadauer, tuber, cancer.

¶ Item omnia quæ græce efferũtur per ος, & ante os ſyllabã, conſonantem literam habent, hæc latine in er terminantur, ut Ἀλέξανδρος Alexander Κλέανδρος Cleander, Ὄναγρος Onager ἄγρος ager & cætera ſimilia.

¶ Item er ſyllaba terminata, ſi in qualitate fuerint p omnia ge nera mutari debent. ut piger pigra pigrum, niger nigra nigrum.

¶ Ideo quæri ſolet utrum hic acer an acris dici debeat, ſed cum qualitate ſi dicimus hic acer, neceſſe eſt & hæc acra & acrũ dicere cogamur, quod quoniam offendit aures melius commu niter hic & hęc acris dicimus, ut Horatius. Soluitur acris hyems. & Virg. Acri quõdam regnata Lycurgo. Ex hac enim forma de ſcendit neutrum quod eſt acre, ut hic & hęc agilis & hoc agile, hic & hæc facilis & hoc facile.

Acer an acris

Acris cõmune trium generum

¶ Simili ratione utimur quum quæritur hic paluſter ager, an paluſtris, & alacer an alacris dici debeat. Nam & Virgilius ala cris palmas utráſque tetendit. dixit tamen & hic acer. idem Virgilius. acer equis frequenter, quamuis declinationem formæ iſtius repudiauerit. Nam neq; huius acri dixit neq; ab hoc acro, aut hoc acrum, ſed ſecundum rationem ſupradictam huius acris & huic acri & hunc acrem.

Paluſter an paluſtris

Alacer an alacris.

¶ Iter iteris debet facere non itineris, ne aduerſus rationem ge nitiuus nominatiuo maior duabus ſyllabis inueniatur, præſertim quum itiner quoq; dixerint ueteres, cuius genitiuus itineris erit, pluralis tamẽ numeri itinera ſemp dicimus, nõ enim ſicut huius iteris Pacuuius dixit & hæc itinera potuit dicere.

Iter iteris

Itiner itineris

Itinera & non itera.

¶ Pater patris quũ faciat, & mater matris cur diſſimiliter aper apri & caper capri ſolet quæri. ſed græca declinatio aduertenda eſt, ubi deprehendetur, tũc enim nos s literam genitiuo adiicere debemus, quum illi σίγμα eidẽ genitiuo adiiciũt, & quum illis ſimiliter detrahere. ut τοῦ πατρός patris τῆς μητρός matris. por ro τοῦ κάπρου capri ἄγρου agri. Item caprina & aprugna cur diſſi militer deriuetur quæri ſolet, quibus reſpondebimus utrũq; p i proferri debere, ſed in alio uſum u literam celebraſſe, quamuis Lucilius uiſcus aprugnum dixerit.

Aper apri

Apruna caro

Aprugnum uiſcus.

¶ Heber & hebria cur ne dixeris, hebria enim eſt uas uinarium unde hebrius & hebria dicitur. hebrius hebrioſúſq; & hebrioſa, ſicut à negotio negotioſus & negotioſa, cui cõtrariũ eſt ſobri⁹, qđ

Hebria, hebrius

Hebrioſus

Hebrioſa

Sobrior

nomen comparari non debet, neq; enim ſobrior neq; ſobriſſi-mus dici poteſt, quamuis Laberius ſobrior dixerit.

Celerrimus & nõ celerrimus

ℭ Celer celerior celerrimus facit. ut aſper aſperior aſperrimus, acer acrior acerrimus, & pulcher pulchior pulcherrimus. Nam quod Ennius ait, equitum celeriſſimus, barbariſmus eſt.

Papauer gallicanus

ℭ Papauer neutri generis eſt, ſed maſculino genere Plautus dixit, Quaſi tu obiicias formicis papauerem. & Cato originum ii. Papauer Gallicanus, & Varro in Admirãdis infriaſſe papauerẽ.

Alexandrus & Euandrus quã ratione dicũtur Aurelius grammaticus.

ℭ Alexander & Teucer dici debet, ſed Alexandrus & Teucrus dici poſſunt ut Virgilius, Teucrus & Euandrus, ſecundum illam ſcilicet rationem, qua nomina græca in ος exeuntia latine in us exire Aurelio placet, contra quam tamen regulam à græcis ἄγρος idem a nobis ager dicitur, ideóq; ut in his & cæteris ante omnia conſuetudo ſequenda eſt.

Puer in fœminino ſexu

ℭ Puer & in fœminino ſexu antiqui dicebant ut græci ὁ παῖς καὶ ἡ παῖς, ut in odyſſea uetere, quod eſt antiquiſſimum carmẽ, Mea puer quid uerbi ex tuo ore audio? & in Nelei carmine, eaq; priſco ſaucia puer filia ſummã, ubi tamen Varro cum a'pue ra putat dictum, ſed Aelius Stilo magiſter eius & Aſinius cõtra.

Aelius Stilo Varronis magiſter.

Ager agri
Ager aggeris

ℭ Quare ager agri, agger huius aggeris, ꝙ omnia nomina quæ er proferuntur, ſiquidem fœminina aut neutralia ſunt, genitiuũ faciunt per is, ut hæc mulier ris, & hoc papauer ris. Sin autem maſculina dupliciter declinantur, faciunt enim genitiuum modo per i, ut niger gri, modo per is, ut pauper pauperis, & tunc ꝑ i quũ ex græcis deducãtur. Omnia enim quæ apud græcos aut per ρος, aut per τρος, aut per δρος, aut per κρος efferuntur, hæc omnia amiſſa græca extremitate & per er elata ut ſecundi ordinis declinantur. ut ἄγρος ager agri, Ἀντίπατρος Antipater tri, Μένανδρος Menander dri. Τεῦκρος Teucer teucri.

Codrus & non Coder. Gongrus & Gonger.

ℭ Inueniuntur autem duo nomina, quæ quum habeant duas conſonantes ante us, tamen eundem nominatiuũ græcũ ſeruãt. Sunt autem hæc Κόδρος & Γόγγρος latine Codrus Gongrus dicuntur non Coder & Gonger. Virgilius tamen promiſcue extulit in tertio, dixit enim, Teucrus Rhætheas primum eſt aduectus ad oras.

ℭ Item & illa genitiuum faciunt per i, quæ ex compoſitione ueniunt, ut lucifer, ſignifer, armiger. Item illa quæ fœmininum per a faciunt, ut niger nigra, alter altera, ater atra, quæ uero à

græcis trahuntur ut Menander,neq; ex compoſitione ueniunt, ut lucifer,neq; fœmininum in a faciunt ut proſpera,hæc omnia erunt tertii ordinis.agger aggeris,ſequeſter ſtris. ſic ergo & ager agri quoniam à græcis uenit.Item agger ris,quoniam latinũ eſt, nec fœmininum patitur.excipiuntur autem hæc,quæ cum fœmininum non faciunt per a, nihilominus genitiuo exeunt per i.ut culter cultri,oleaſter ſtri, liber libri,puer eri, catlaſter ſtri, ſocer ri,gener ri,liber beri,cãcer cri,Auſter ſtri,aper pri,caper pri,Gibber ut Virgilius ait ipſum uitium dicitur ut tuber, gibberoſus habens gibberem, ut tuberoſus. & ſane Lucilius ita loquitur gibbere magno. ſed Plinius gibber uitium ipſum ut ulcus maluiſſe conſuetudinem tradit,quod mihi diſplicet.

Agger aggeris
Catlaſter
Liber libri
Gibber quid

¶ Aer æther hunc aera & æthera maſculino genere dicimus, græca enim ſunt, ſed & hunc aerem ueteres latina declinatione dixerunt:-

Aera aerem
Aethera rem

¶ Quoties ſane ex nominibus er terminatis maſculinis neutrũ in e nominatiuo terminatur,tunc genitiuus tam maſculini q̃ fœminini p is terminatur.ut hic ſilueſter ſylueſtris,hic ſilueſtris huius ſtris,hoc ſilueſtre ſilueſtris,hic campeſter ſtris, hoc cãpeſtre.

Silueſter ſilueſtris,ſtre
Campeſter ſtris,ſtre.

¶ In ar nomina terminata, maſculina tantum & neutralia inueniuntur,de quibus pleniſſime diffinitum eſt ſub titulo tertii ordinis.Quare ergo lucar lucaris, tortular torcularis, quia omnia ar elata genitiuo corripiunt a literam. ut cæſar cæſaris par paris, ſic & lucar lucaris.Ergo qui putauerunt dici oportere hoc torculare & hoc puluinare recte putauerunt. Idcirco ꝙ genitiuo producunt a literam.

Lucar lucaris.
Torcular aris.
Torculare rectius q̃ torcular

¶ Omnia nomina quæ or ſyllaba terminantur gtĩ faciunt per is.& ſiquidem genitiuo circumducatur & per o literam productam proferantur.ut prætor ris.honor ris. ſplendor doris,& cætera. exceptis quæ non producuntur ſed corripiuntur.ut memor moris,arbor arboris,indecor indecoris. ſed ſi natura græca fuerint,utiq; corripiũtur, ut Hector Hectoris, Neſtor ris,Theomneſtor ris,Polymeſtor ris ſi qua ſunt ſimilia,quæ etiam apud græcos corripiuntur, ut ἕκτορος. Præterea & neutralia ſi qua ſunt & hæc corripiuntur,ut æquor æquoris,marmor ris,robor ris,ador ris.

¶ Succeſſor cum maſculino genere proferatur, Cornelius Seuerus etiam fœmininum extulit, Ignea nam cœlo ducebat

Succeſſor in fœminino ſexu.

ſydera Phœbe.Fraternis ſucceſſor equis.

Torpor quid
Torpedo uitiū.

¶ Torpor & animi & corporis dicitur debilitatio ſcilicet à torpedine cuius contactu corpus hebetatur. unde Saluſtius hiſtoriarum idem uitium torpedinem dixit.

Fautor & non fautor.

¶ Fautor antiqui dixerunt, at fauitor nec auctoritate nec ratione dicitur.

Fur commune duum generum
Iecur iecineris & iecoris

¶ Vr maſculinum inuenies,& neutrum,hic turtur ris.ri.hic fur furis.& hoc femur & iecur,dicitur autem fur & commune eſſe, & quidam in quæſtionem,quare fur furis & iecur iecineris non cum ratione e proportionem ſeruare uolunt,iecoris declinauerunt, ut Perſius Flaccus rupto iecore exierit caprificus.

Femur moris. & feminis.

¶ Hoc femur huius femoris,ſed frequenter huius feminis huic femini dictum q̄ femora. Ideo Tibullus hoc ipſum erudite cuſtodit,quum dicit, Implicuitq; femur femini. & Virgilius eripit a femine.

Coniux iugis

¶ Vx maſculina & fœminina inuenies.hic Pollux, hæc nux & cætera.quæritur quare nux nucis faciat,& coniunx coniugis ux terminata genitiuum per cis faciunt. ut hic Pollux cis,crux cis.excipitur hoc ſolum quod genitiuum per gis facit,coniunx coniugis idcirco facit,quia ex uerbo deducitur,ideſt a iungendo.

Rien
Lien

¶ En terminata nomina maſculina tantum inuenies & neutralia & omnia tertii ordinis,licet in eodem tertio ordine definitum eſt.ut maſculina hic rien,rienis,lien nis,flamen flaminis,pecten nis, fidicen cinis,tibicen nis,liticen nis ex lituo quorū accuſatiuus ſingularis facit hūc pectinē,lienē,rienē.& nominatiuus pluralis hi pectines,lienes,rienes. Faciunt quædam & communia ut cornicen,liticen.nam tibicen maſculinum eſt, facit enim fœminino genere tibicinam.Cætera neutralia ſunt, ut hoc certamen,gluten Virgilius dixit, Collectūmq; hæc ipſa ad munera gluten.qua declinatione uſus eſt & Varro de bibliothecis dicēs glutine & cinere,eſt enim gluten ut ſtamen,ſubtemen, & facit ab hoc glutine,ſtamine, ſubtemine. ſed & glutinum in ſcauro ,glutinum Dædalum inueniſſe.quam declinationem Saluſtius ſequitur quum dicit,Quaſi glutino adoleſcebant.

Tibicina
Gluten
Glutinum
Dedalus inuenit glutinum.

¶ Ex nomina terminata maſculina & fœminina inueniuntur, ſed diuerſos genitiuos habent.Quædam enim per cis efferūtur,

ut uertex uerticis,ſimplex cis,ſupplex cis,ſilex cis,pellex cis.alia per is, ut ſenex ſenis, ſupellex tilis.alia per gis, ut grex gregis, rex regis,remex remigis. quanquam quibuſdam uiſum eſt recte efferri regis,idcirco quod ex uerbo deducant,hoc eſt à regendo & remex ſimiliter à remo agendo . Supellex magis auctoritate dicitur q̃ ratione.Nam non debet duabus ſyllabis plus creſcere a nominatiuo genitiuus, quam rationem ut cuſtodirent ueteres multa dure protulerunt , ut ancipes pro anceps,& præcipes pro præceps , nec tamen quis hæc ſupellectilis dicere auſus eſt,& ideo rectius eſt cum pluribus ſtare , & quod ſpetioſius eſt in loquendo proferre.

Rex unde
Remex unde
Supellex
Supellectilis
Ancipes pro anceps.
Præcipes pro præceps

¶ Vertex à uertendo dicitur,uortex à uorando,& uult Plinius uerticem immanem uim impetus habere , ut ingens a uertice pontus , uorticem uero circumactionem undę eſſe.ut,Et rapidus uorat æquore uortex.

Vertex quid
Vortex quid

¶ Neutrum nullum inuenies niſi ex communione hic & hæc & hoc ſimplex. horum nominum ablatiuus diuerſus,nanq; & p e effertur,ut a uertice.& per i, ut a ſimplici.præcipue autē cō munium per e excipiūtur ſenex,ſuppellex,quod creſcit duabus ſyllabis facit ſupellectilis,ſenex autem ſenis. Item excipiuntur hæc quæ genitiuum per gis non per cis faciunt , ut remex gis, grex gis,rex gis.

¶ Is terminata nomina maſculina & fœminina inueniuntur, quæ omnia nominatiuo genitiuum ſimilem habent,ut hic ſuauis huius ſuauis,facilis lis,agilis lis,& cætera ſimilia,Excipiūtur autem quædam,quæ in genitiuo creſcunt,licet per is efferantur cuſpis dis, cinis neris,lapis dis,puluis ueris, & cætera ſimilia,de quibus plenius dictum eſt in ſuperioribus,ſub titulo de nominatiuis.Et quidem maſculina hic funis huius funis. fœminina hæc puppis huius puppis,communia utriuſq; generis hic & hæc ſuauis.horū ablatiuus dupliciter effertur & per e & per i.ut ab hac puppe & puppi.ſed communiū tantū per i, ut ab hoc & ab hac ſuaui.Item accuſatiuus duplex ut hanc puppem & puppim turrem & turrim.Vtiq; eiuſmodi nominum etiam pluralis genitiuus ante um ſyllabam i habebit.harum turrium,puppium. Excipiuntur hæc tria,quæ omnino i literam neq; in accuſatiuo plurali admittunt neq; ablatiuo nec genitiuo. ſunt autem hæc, panis,canis,iuuenis,Excipiuntur & hæc quæ genitiuo creſcunt,

Cuſpis dis.
Cinis neris
Lapis dis.
Puluis ueris
Canis
Iuuenis

Semiſ *Pollis pollinis* *Zeuxis* *Alexis*

cinis,lapis,puluis,ſemis,ſanguis, uomis, cuſpis,cucumis, pollis, lis.faciunt enim gtō cineris,dis,ueris,ſemiſſis,guinis,meris,pidis, meris,linis,litis.Gręca uero dupliciter declinanť,aut eni creſcūt gtō, ut Thetis thetidis,Paris dis.aut eundem ſeruant gtm̄ quem & nominatiuum.Zeuxis huius zeuxis,Alexis huius alexis.

Vis Vires

¶ Vis uero tantum declinatur. ut hæc uis, huius uis,huic ui, hanc uim,o uis,ab hac ui,Item pluraliter tantum hæ uires,uirium,uiribus,uires,o uires,à uiribus.

¶ Quæcūq; nomina is literis terminata cōmunia maſculini & fœminini generis ſunt,faciūntq; ex ſe neutra in e terminata,ut hic & hæc nobilis & hoc nobile,ablatiuo in i , genitiuo i ante s . ut ab hoc & ab hac nobili habebunt. Similiter horum & harum nobilium ſimilium,hos & has nobilis & ſimilis,

Puluis maſculini generis

¶ Puluis maſculini generis eſt , quamuis Propertius dixerit, Cui nunciet horrida puluis.

Iris iridis *Hymnis nidis* *Iſis in genitiuo nūeri ſingularis Iſidis & iſis*

¶ Serapis ſerapidis uolunt grammatici genitiuo caſu dici,non ſerapis,q̄ omnia nomina græce figuræ is terminata ſyllaba,in genitiuo creſcere debent,ut iris iridis,iſis iſidis,hymnis nidis,paris paridis.ſed quum & latine declinari poſſint non eſt neceſſe conſuetudinem ratione deformare,prȩſertim quum adſit auctoritas. nam ut Varro de uita ſua non tantum huius ſerapidis declinauit , ſed & iſis,quod paulo eſt durius. Sed Virgilius irim dicit & parim & tygrim.

Breuis Puſillus in quo differūt.

¶ Breuis dies dicitur non puſillus.breuis enim in natura,puſillus in corpore.Gliris nomen eſt hic glis non glir, ut quidam uolunt.Nam Varro in Admirandis ait,In ſilua mea glis nullus.& Cato in originibus.

Panis & pane neutri generis. *Panium & panū* *Panem plurali numero dici non poſſe* *Paſtillus a pane diminutiuum.*

¶ Panis maſculino genere dicitur.nā & ſi neutro genere Plautus dixit pane & aſſa,bubala tamen uitioſe.Panis autem genitiuo plurali ium.Cæſar de analogia ſecundo,panium dixit, ſed Verrius panum ſine i.ego autem neutrū probo, nec puto panē plurali numero dici poſſe,quoniam unica res eſt,& ad pondus redigitur,nec quiſquam ueterum niſi ſingulariter dixit. Diminutione autem panis paſtillus dicitur,& hodieq; in Italia ruſticos dicere animaduertimus.

Anguis dubij generis.

¶ Anguis quum ſit maſculini generis dixerunt,tamen & fœminini ut Tibullus, Iratæ detinet anguis. Et Ouidius, Midiæ marſis ſindantur cantibus anguis,&,Varro Atacinus. Cuius ut

aſpexit torta caput angue reuinctum.

¶ Sanguis maſculino genere & facit hunc ſanguinem. ſed Cato de habitu ait, ſanguen demittatur. & Lucretius, Viſceribus uiſcus gigni ſanguenq; creari, ubi etiam nominis ſingularis uiſcerum adnotandum eſt hoc uiſcus.

Sanguis & ſanguen. *Viſcus ris.*

¶ Neptis grammatici nolunt dici, quod nomina in os exeuntia genitiuum ſingularem is finiunt, & non poſſunt tranſire in fœminina ut cuſtos dis, ſacerdos tis, nepos nepotis, & aduocant Ennium ꝙ dixerit ita, Ilia dia nepos quas ærumnas tetuliſti. Sed conſuetudo nepotem maſculino, & neptem fœminino genere uſurpauit.

Neptis *Nepos duum generum* *Ilia Romuli mater.*

¶ Quis cum s litera dici uolunt grammatici cũ inquærendo ut, Quis te nate dea per tanta pericula caſus, Inſequitur. & Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ. In referendo autẽ qui ſine s, ut Illa uides pura iuuenem qui nititur haſta. & Troię qui primus ab oris. Etenim præpoſitiuũ quis, ſubiunctiuũ qui, quod tamen auctores non obſeruauerunt. ut Actius dicens, Qui nã Tantalidarum internetioni modus ſit. & Virg. Qui caſus agat res. Sed & plurali nominatiuo uariauerunt, qui proferentes uel ques, unde & datiuus duplex in uſu nobis eſt, quis enim & quibus dicimus inalioqui inalioques declinantes. Nam nominatiuus pluralis i litera terminatus accipit ſemper s, & facit datiuum, ut di dis, coloni colonis. Ita & qui quis. ſi uero s terminetur nominatiuus, bus ſyllaba terminari debet datiuus ut duces ibus, mores ribus, & ques quibus, ques autem dixiſſe ueteres teſtimonio eſt Cato, qui ait originum ſecundo, Queſcunq; Romæ regnauiſſent. & Plautus, Quæ ſunt ignoti neſcio ques ignobiles. quam uocem tametſi nouitas abdicauit, declinatio eius tamen manet. quibus crebro dicimus.

Quis & qui in quo differũt. *Quibus & quis* *Ques pro qui*

¶ Ix terminata & maſculina & fœminina & communia inuenies, quorum genitiuus cis exit. ut hic calix cis, hæc pix picis, hic & hæc & hoc felix felicis. excipitur autem hoc ſolum, nix quod cõtra rationem niuis facit, licet ueteres ninguis declinauerunt, ė quibus eſt Lucilius. Pix ſingulariter dicitur, ut ait Varro de ſimilitudine uerborum ſecundo, ꝗuis Virgilius dixerit, Idæaſq; pices & pingues unguine ceras.

Nix *niuis* N*inguis geniti uus a niue.* Pix *tantum ſingulariter*

¶ Huiuſmodi nominum genitiuus ſingularis i literam corripit & ꝓducit, ideſt in cõmunibus producit, in cæteris uero corripit.

Cuſtos

¶Os terminata maſculina fœminina & communia inuenies. ut hic flos, hæc arbos, hic & hæc & hoc cuſtos & cætera ſimilia, quorum genitiui diuerſe efferuntur. unde quæri ſolet quare nepos nepotis, ſacerdos tis, cuſtos dis facit.

Androgeos geo *Androgeus gei*

¶Omnia os ſyllaba terminata genitiuum faciunt per tis, ut nepos tis, ſacerdos tis, dos dotis, cos cotis, & cætera ſimilia. Excipiuntur autem hæc, quæ genitiuum faciunt per is. ut ros roris, os oris, lepos leporis, flos floris, arbos ris. item per is os, quod oſſis facit. Item per dis, ut cuſtos dis, quod cum ratione profertur, quoniam ex uerbo deducitur quod eſt cuſtodior, & ideo cuſtodis facit. Quæritur & de græcis quorum genitiui diuerſi ſunt. Itaq; ſi erit nominatiuus Androgeos, genitiuus erit Androgeo. ut apud Virg. In foribus letum Androgeo. ſed apud eundem inuenimus Androgei galeam, ſed non ex eodem nomine. Nã ſi fuerit hic Androgeus Androgei facit genitiuo, ut idem Virg. in ſecundo, Penelei dextra diuæ armipotens ad aram procubuit. eſt & neutrum in os, hoc os hæc ora.

Nox unde

¶Ox terminata maſculina & fœminina & cõmunia inuenies, ut hic ferox cis, hæc uox cis, hic & hæc & hoc uelox cis. Quorũ genitiuus ut prædictum eſt, per cis effertur, ablatiuus per i. In communibus ſeu neutralibus excipitur hoc ſolum, nox quod genitiuum p̱ tis facit noctis. Idcirco quia græce νὺξ νυκτὸς facit.

Fornax *Fornacula*

¶Ax terminata nomina inuenies, fornax fœminino genere dici debet, quòd per diminutionem fornacula non fornaculus facit, & quòd omnia nomina inanimalia x litera terminata genitiuum ſi productum habeant, generis ſunt fœminini. ut lodix cis, radix cis. Virg. quoq; conſentit quũ dicit, Vulnificúſq; chalybs uaſta fornace liqueſcit.

Thorax cis *Grex*

¶Thorax autem quum ſit græcũ, his admiſceri non debet. cætera fœminina omnia monoſyllaba ſunt, excepto grege & rege, quorum alterum ex diuerſo genere conſtat. nam Lucilius in ſecundo, Duceret has greges fœminino genere dixit.

Calx quid

¶Calx igitur ſiue qua calcamus, ſiue qua ædificamus fœminini generis eſt ut & Virgilius ait, Ferrata calce fatigat. Sed & Lucilius xliii. maſculino genere dixit.

Exta, Arma, Caſtra, Mœnia Ilia, Scalæ Scopæ, Cãcelli Furfures.

¶Multa ſanè inueniũtur quæ uaria ratione deficiãt, quæ ſuo quoq; titulo prædicta ſunt, alia enim ſingularitate carent. ut exta, arma, caſtra, mœnia, ilia, ſcalæ, ſcopæ, cancelli, furfures,

nuptiæ,fræni,quamuis Virg.dixerit,ni frænum accipere.alia plu
ralitate ut garum,oleum, ferrum, panis, frumentum & cætera
quæ ad pondus,numerũ, menſurámq; rediguntur. Nam quod
auctores dixerint frumenta,ordea,mella,nos non moueat,abuſi
enim ſunt licentia uetuſtatis, & tamen alios caſus eorum non
protulerunt.ſanè Virgilius dicit,Vere fabis ſatio,ſed nec ipſum
admittitur quod nec ferrum,nec aurum,nec oleum,quamuis di
uerſi generis pluraliter quiſq̃ auſus eſt pronuntiare.

¶ Alia ſunt quamuis plurali numero per omnes caſus decli-
nentur,nominatiuum tamen ſingularem uocatiuumq; non ha
bent,ut dapes,preſes,proceres,pecudes,fruges, fauces, uices, cæ-
teri pleriq; uerbera.

¶ Alia autem ſingulariter quidem per omnes caſus declinan-
tur, ſed plurali tantum nominatiuo,accuſatiuo,& uocatiuo, ut
maria, rura, æra, iura, quamuis Cato originũ ſeptimo geniti-
uo caſu dixerit legumq; cultores.& Lucretius ſecundo, Pulſa-
bant æribus æra,

¶ Alia nominatiuum & ablatiuum habent,ut tabes,pluris, ſi-
reps facit ab hac tabe,plure,ſiremſe, Cinna autem in Smyrna
huius tabis dixit nullo auctore.

¶ Alia unius tantum caſus ſunt,ut haud ſecus ac iuſſi faciunt,
adfatim, adincitas, inficias,ſuppetias,pedum,ſponte,dicis,ergò,
neq̃, nihili,frugi.

¶ Deriuationis uero tanta eſt inæqualitas ut comprehendi nõ
poſſit,nam cum ſit Agrippa mulierẽ Agrippinã dicimus, Ther-
mas uero agrippinianas.Item cũ ſit Nero ut leo,pelles leoninas
Thermas Neronianas, Titinas ut pelles lupinas non dicimus,
ſed Titianas,de qua q̃ſtione à Velio Lõgo libellus ſcriptus eſt.

¶ Item dicimus deminutionis inæqualitas dura eſt.ut iuuenis,
iuuenculus,canis catulus,puluis puluiſculus, uinum uinulum,
talus taxillus,panis paſtillus,homo homunculus,homuntio,pi-
ſcis piſciculus & piſculus.

¶ Item in coniungendo propria quibuſdam poteſtas,quæ ra-
tione excluditur,ut cũ dicimus quinquaginta milia nummum,
nec ſtatim cẽties nummum dicere,poſſumus & centiesſeſtertiũ,
nec tamen l ſeſtertium,ſed l ſeſtertia dicimus.

¶ Prætextũ quidã dici uolunt,qa intelligitur ueſtimẽtũ,ſed cõ
ſuetudo uicit,quæ prætextam dici referens ſcilicet ad togam.

Nuptiæ,Fræni
Garum,Oleũ,
Vinum.Ferrũ,
Panis
Frumentum,
Dapes,Preces,
Proceres,
Pecudes,
Fruges,Fauces
Vices Verbera
Maria, Rura,
Aera,Iura
Tabes tabe.
Pluris plure
Sireps
Siremſe
Haudſecus
Adfatim
Adincitas
Inficias
Nequam
Suppetias
Pedum
Sponte. Ergò
Nihili.
Deriuationis
inæqualitas.
Thermæ
Agrippinianæ
& Titianæ
Iuuenis iuuen-
culus
Canis catulus
Puluis uiſculus
Vinum uinulũ.
Paſtillus
Piſciculus &
piſculus
Quinquaginta
milia nummum

Lucanicum
Lucanicus
Lucanica
Botulus
Hira

¶Nam quæcunq; deriuantur & mediæ ſunt poteſtatis, quouis genere dici poſſunt, ſumunt enim genus ab iis, quibus coniūcta ſunt, utputa lucanicum intelligitur pulmentum & inteſtinum. & hic lucanicus auditur botulus, aut apparatus, & hæc lucanica fœmininino genere intelligitur hira, hoc eſt inteſtinū, aut aliud quod unuſquiſq; intelligere uoluerit. Sumptum eſt enim nomē ab inuentoribns Lucanicis.

Adipatus
Adipatum
Adipata

¶Similiter & opus piſtorium quod adipe conficitur omni genere dici poteſt, & hic adipatus quod intelligitur panis aut aliud quid, & hæc adipata hoc eſt pars & hoc adipatum opus ſcilicet. Nam & Lucilius quinto adipatam dicit fœminino genere, ſed ubi iungit pultem.

Forfices
Forcipes
Scalprum

¶Forfices & forcipes quidam diſcindunt, ut forfices ſint ſarcinatorum, à ſarciendo. quæ ferrum calidum capiant forcipes. tonſorum, quæ pilum ſecent forpices. ſed inepta hæc eſſe Lucilius docet. qui etiam medicorum forcipes dicit libro xix. Scalprorū forcipúmq; milia xx. Item paulopoſt. Quiuis forcipibus dentes ueliere. Sed Virg. in viii. Verſántq; tenaci forcipe ferrum.

Lucus camœnarum
Aqua religioſa ad purificādum uti.

¶Ad æquas an ad aquas uocari dici debeat, quæſitum eſt. qui aquas dicunt, enarrāt quod ex luco camœnarum aqua religioſa afferri ſolebat, purificandi cauſa. Sed melius ad æquas, quod olim greges equorum in circum inducebantur, ubiq; per populum curſu æquabantur.

Vinea
Scorpius
Muſclus
Aries

¶Vinea uuarum & machina diſtinguenda quidam exiſtimant, ut aliud per e breue, aliud per e longum proferatur. Sed cum auctores id non obſeruauerint, ſuperuacaneū eſt nos obſeruare, præſertim cum in aliis non ambiguamus. Nam tam ſcorpium animal appellamus, quám militare tormentum. Item muſculum & arietem.

Barba, Barbæ

¶Barbam ſingulariter in uno homine recte. pluraliter in pluribus dicas. nam & Virgilius ait, Stiriaq; impexis induruit horrida barbis. Errant enim qui in hominibus barbam, in hircis barbas dici putauerunt. nam hic de hominibus Virgilius loquitur quamuis & hircorum dixerit barbas, ſed ut dixi multorum.

Imberbi & nō imberbes

¶Imberbi autē dicūtur nō imberbes, ſic eni & Varro de actionibus ſcenicis v. Imberbi iuuenes. ſic & Cicero imberbū ꝓtulit non imberbē, ex Kalendis Ianuariis de lege agraria imberba iuuentute. Titus hiſtoriarum xviii. Imberbes uulgariter.

¶Hæc ficus

¶ Hæ ficus & hæ fici & has ficos facit, genitiuus enim ſingularis huius fici non huius ficus, & Lucilius, Fici inquit, comeduntur & quæ & aſſiduas ficos. Sed Varro de ficu ſe ſuſpendit dicendo, dedit multis licentiam, ut hos & has ficus dicerent, quod uſurpare maluimus propter cacephaton, de qua re Martialis elegantiſſime loquitur, ait enim, Cũ dixi ficus, rides quaſi barbara uerba, Et dici ficos Lætiliane putas. Dicemus ficus, quas ſcimus in arbore naſci, Dicamus ficos Lætiliane tuos. Quæ ante maturitatem hi groſſi dicuntur, fœminino genere & Horatius ❀ urbem & ficos laudabat, & cum duplice fico. *Ficus* *Martialis* *Groſſi qui*

¶ Inimicitiæ & non inſidiæ pluraliter dici debent, ſed Saluſtius de inſidiis prima ❀ & Accius inimicitiam dicit. *Inſidiæ* *Inimicitiæ* *Inimicitia*

¶ Alicam ſine adſpiratione dictam Verrius tradit, & ſic multi dixerunt. Lucilius decimoquinto. Nemo eſt halicarius poſterior te, cum adſpiratione dixit. *Alica* *Halica* *Halicarius*

¶ Polenta dici debet per o, cuius rei Verrius Flaccus rationem uſus omnium poliatur. *Polenta quid*

¶ Nemo in homine propriũ eſt, quod ſignificat ne homo, anti qui & prorunt & homo, ideóq; nemo dicentes quaſi minus. ❀ addebant, ut Terentius. num quis hic me ſequitur nemo hominũ, & Lucilius xxix. nemo eſt ideo dixit quis tu homo es, nemo ſum homo ar ❀ ut Virg. octauo, Turne quod optanti diuum promittere nemo auderet, pro ❀ duimus. *Nemo in homine proprium* *Nemo homo*

¶ Hos pugillares & maſculino genere & ſemp pluraliter dicas. ſicut Aſinius inue ❀ quia pugillus eſt q plures tabellas cõtinet i ſeriẽ ſitas ❀ ac ❀ pugillaria ſæpius neutrũ dicit idẽ Catull. i Hẽdecaſyllabis. itẽ ❀ ſingulariter hoc pugillar dicit. *Pugillares* *Pugillaria* *Pugillar*

¶ Manibias p duo i dicẽdũ, qa ſunt à manibus, ut putat Verrius, ſed & manubiæ p u dici poſſunt ❀ à uirtute cõtractæ. *Manubiæ quid*

¶ Vultur dixit Virg. i ſexto, ſed uulturius Lucilius in i. ut pauos, & Ennius, meminit me fieri pauum, at ❀ ait, Me poſtq̃ deſtertuit eſſe Mæonides quinto pauone exul Pythagoreo. *Vultur* *Vulturius* *Pauus* *Pauo*

¶ Acceptor quoq; & accipiter, Virg. enim accipiter dicit, Lucius autem exti ❀ *Acceptor* *Accipiter*

¶ Erumnam Ennius ait per e ſolũ ſcribi poſſe, quod mẽtem eruat, & per a quod mœrorem nutriat. *Erumna*

Oſtia

¶ Oſtia exitus fluminum in mare neutro genere ſemper pluraliter dicuntur.ſed quum urbem ſignificat ❀ ſingularem potius numerum obſerua, quamuis Saluſtius frequenter etiam plurali numero urbem ſignificet.

Fræna Fræni Frænum

¶ Fræna neutraliter,frequenter Virg.frænos, quanquam ut in Georgicorum tertio ❀ Ioſſe nos audire ſonantes, ſed & ❀ xii.in frenum accipere & dicto parere fatentur,quod tamen conſuetudo repudiauit.

Balneum & Balineum Balneæ & Balineæ

¶ Balneũ ueteres dixerũt ſiue balineũ,nihil enim differt ❀ à priuatis,in publicis autẽ fœminini generis & quidẽ numero ſemp plurali freqũeter balneas & balineas nec immerito , nam parſimoniæ cauſa uno igni duplex balneum calefaciebãt,parieti interiecto, ut pudor uiris mulieribúſq; conſtaret.

Oliua Oleum

¶ Oliuam grammatici ſignificare arborem uolunt,oleum fructum,ſed ueteres hoc non obſeruauerũt,ẽ contrario enim Virg. fructum oliuam,Nec pingues unam in faciem naſcũtur oliuæ, melius propagine uites.& iterum, Prolem tarde creſcẽtis oliuæ.

Olympia Olympici

¶ Olympia fœminino genere locus ipſe dicitur,certamina uero neutraliter.nam Varro ait olympia in ludos in uitam. Item de poematis,Olympiam non acceſſit,ſed idem,de gente populi Romani in ludos olympia fecerat.

Rediuiua Recidiua

¶ Rediuiua dicimus quæ poſt interitum redeunt,recidiua que ex ſuo caſu reſtituunt, unde Virg. Recidiua manu poſuiſſem pergama uictis.

Neceſſitas Neceſſitudo

¶ Neceſſitas imperii, neceſſitudo ſanguinis coniunctio. Saluſtius tamen neceſſitudinem ſæpe pro neceſſitate ponit. nec unq̃ neceſſitudinem aut ipſe aut quiſquam ueterum.

Vici Vicinitas Vicinia

¶ Vici dicuntur humiles domus,nam qua incedimus non uici ſed uiæ ſunt uicorum. unde uicinia dicitur loci demonſtratio, uicinitas uero uicinorum conductio.

¶ Obſeruãs participiũ eſt quũ habet actiuũ caſum.ut fugitans, obſeruans illũ,fugitans illũ,nec unq̃ cõparatiuũ.nã ſi genitiuus ſequatur,erit nomen,ut obſeruãs magiſtri, fugitãs litium, iactãs ſui & recipit comparationem,ut iactantior ancus.

Longitudo Longinquitas Lora

¶ Longitudo menſuræ eſt,longinquitas regionis aut temporis.

¶ Lóra correpta prima ſyllaba & fœminino genere dicẽda eſt, producta autem neutraliter e corio uincula,ut & Lucilius in ix. Ipſa ſi ſe corio omnia lora.

¶ Arabs & arabus uarie dicimus & uarie declinamus,nã ab eo quod eſt arabs huius arabis & huic arabi facit, & pluraliter hi arabes arabum arabibus. Arabus huius arabi facit & huic arabo. Pluraliter hi arabi araborum arabis.unde Virgilius. Hyrcaniſue arabiſq; parant. *Arabs & Arabus*

¶ Amphoram ſi declines amphorarũ facit,at ex hac iunctim x. millia amphorum dicimus. Item modium ſextertiũ nummum. *Amphorarum & Amphorum*

¶ Cliens communis eſt.inuenimus tamẽ & clientã apud Afranium in Pompa. Interim tua clienta, & apud Horatium, Nec lacunias mihi trahunt honeſte purpuras clientæ.

¶ Similiter & hoſpes cum ſit communis generis hoſpita quoq; dicitur.ut Virg. Bellum o terra hoſpita portas. Et antiſtes habet antiſtita.ut Varro diuinarũ quarto.& Cicero in Verrẽ quarto. Et Polio ueneris antiſtita cupras.& Cornelius Seuerus, Stabat apud ſacras antiſtita numinis aras. *Cliens Hoſpes Hoſpita Antiſtes Antiſtita*

¶ Intyba neutro genere Virg. dixit. Et amaris intyba fibris,& ſic multi eruditorum,ſed & maſculino genere frequenter à ueteribus dictũ eſt. Nã Lucilius in quinto deridens ruſticã cœnã enumeratis multis herbis, Intybus prᴇterea pedibus perſerpſit equinis.& Aemilius Macer,Quale ſeges intubus herbas. *Intibum & Intibus*

¶ Large & largiter Iulius Modeſtus utrunq; recte dici ait.ſed large eſſe qualitatis,largiter quãtitatis,unde naſcitur largitas aut largitio,nam largitudo nuſq̃ inuenitur niſi apud Nepotem. *Large & largiter Largitas Largitudo*

¶ Clunes fœminino genere dixit Meliſſus,& habet auctorem Laberiũ,q in Ariete ſic ait, Vix ſuſtineo clunes Sceuolæ. & Horatius,& laſſas clunes. Sed Verrius Flaccus maſculino genere dici probat,quoniam in is ſyllaba terminata omnia,carentia ntõ ſingulari maſculina ſunt.ut panis,cinis,crinis,& ſimilia. *Meliſſus grammaticus Clunis*

¶ Aeque fœminino genere dixit cinerẽ,ut Caluus in carminibus, Cum iam fulua cinis fuerit. Item forſitan hoc etiam gaudeat ipſa cinis.hinc muliebre miniſterium cinerarius dicitur.nã Cato in originibus,Mulieres,inquit,noſtræ capillum cinere ungitabant,ut rutilus eſſet crinis. *Cinis Cinerarius Crinis flauus a matronis affectabatur.*

¶ Inſomnia plurali numero ſignificari uolunt grãmatici ſomnia,addita ſcilicet præpoſitione,ut græci dicũt ἐνύπνια, nam & Virg. Sed falſa ad cœlũ mittunt inſomnia. Singulari uero numero uigiliam ſignificare,ut Pacuuius in Antiopa dixit. Perdita illuuie atq; inſomnia,ideſt,uigilia. Sed ❀ Virg.

inſomnia etiam plurali pro uigiliis poſuit.Quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent,quamuis & hic ſomnia intelligi poſſint,quibus terreor.

Cilones Chilones.

¶ Cilones dicũtur,quorum capita oblonga & compreſſa ſunt, chilones autẽ cũ adſpiratione ex græco a labris improbioribus, quæ illi χείλη.unde chilones improbius labrati.

Lac lact an lacte. Caput

Git,Nepet. Capras atras lacte album habere. Trogus de animalibus.

¶ Lactis nominatiuum,alii uolunt lac, alii lact,alii lacte e poſtrema.omnino enim nullum nomen muta litera finitur n.r.s. Itaq; eruditiores adiunxerunt t.& propter genitiuum qualitatis facit.nam tria præterea inueniuntur,quæ litera eadem finiuntur,caput,git, nepet. ſed his occurrit quod nullum omnino nomen duabus mutis literis finiatur,ergo lacte ſine uitio dicimus.nam & Cato ſic dixit,& in Italia atras capras lacte album habere.Sed & Valgius & Verrius & Trogus de animalibus heres lacte dicuntur,at conſuetudo tamen aliud ſequitur.

Lardum quid Latera lardi capita.

¶ Latera lardi,uitioſe quis dicit.Satis enim lardum dicere,nihil enim aliud intelligi poteſt , nam latera nec ſunt niſi capita laridi.

Nihil & Nihili Hilum quid Hillum quid

¶ Nihil ſi dicas quantitatem notas , ſi uero nihili adiuncta i hominis mores,cuius nominis origo hæc eſt. Nilum Varro rerum humanarum inteſtinum dicit tenuiſſimum,quod alii hillũ appellauerunt , ut intelligeretur inteſtinum propter ſimilitudinem generis , unde antiqui creberrime dempta litera hilum quoq; dixerunt , unde intelligimus nihil ſine aſpiratione uitioſe dici.

Hæres Parens Homo

¶ Hæres parens homo & ſi ex communi ſexu intelligatur, tamen maſculino genere ſemper dicuntur.nemo enim aut ſecundam hæredem dicit,aut bonam parentem,aut malam hominem ſed maſculine,tametſi de fœmina ſermo habeatur . Nam Marcus ait hęredes ipſius ſecundus.& Pacuuius in Medo,cũ oſtenderet à medo matrem queri ait. Te ſol inuoco ut mihi poteſtatem duis inquirendi mei parentis . ſed Graccus ſuos parentes amat,cum dicit in ſignificatione matris.& in alia epiſtola, Tuus parẽs ſum ait,quum de ſe loqueretur.& apud Virg. ſic legimus. Ecquæ tum eſt puero amiſſæ cura parentis.

Duis Parens

Labra Labellum

¶ Labra & labia indiſtincte dicuntur & deminutio labella nõ labios ut quidam uolunt.nam Virgil . ait. Calamo triuiſſe labellum.Verrius autem Flaccus ſic diſtinxit, modica eſſe labra,

labia im̄modica,& inde labiones dici. Nam & Terentius, lab iis demiſſis gemens, & Plautus, Labiis dum ductantem. *Labiones*

¶ Capparim fœminino genere dixit Varro de forma philoſophiæ ii, erit ergo hæc capparis nominatiuo, nam & græce fœminine dicitur ἡ κάππαρις. *Capparis*

¶ Caſſidem dicimus nos ab eo quod eſt caſſis, ſed multi caſſidā dicunt,& Propertius, Aurea cui poſtquam nudauit caſſida frontem.& Virgilius, Aurea nati caſſida. *Caſſis & Caſſida.*

¶ Harena dicitur quod hæreat,& arena quod areat, gratius tamen cum aſpiratione ſonat,& cum pluralem non habeat Verg. ait, Quam multæ zephyro turbantur harenæ, *Harena & Arena*

¶ Leæna dicitur non lea. ſed Ouidius, Nec lea cum catulis lactentibus ubera præbet. *Leæna Lea*

¶ Capo dicitur nunc, ſed Varro de ſermone latino, iterum, ait, ex gallo gallinaceo caſtrato fit capus. *Capo & Capus*

¶ Gulam ut Iulius Modeſtus ait per u ſcribemus non per y quæ græcis uocibus neceſſaria eſt,& ſæpe in u tranſit. ut inſueuimur ait in naro, inter ſe degularunt omnia. *Gula an gyla Y græcis uocibus neceſſaria Degulare*

¶ Leontion, Thyruſion & Faunion ex neutris græci fœminina neutra fecerunt.& Plautus quod dixit hæc Phroneſium,& Cæcilius Leontium. Varroni autē placet talia nomina datiuo tantum caſu & ablatiuo declinari. cæteris uero ſic efferri ut ntō. *Leontion Thyruſion Faunion Phroneſium*

¶ Lingula cum non à linguendo dicta eſt in argento, in calceis uero lingula à ligando. ſed uſus ligulam ſine u frequentat. *Lingula Ligula*

¶ Porros maſculine dicimus in pluralitate, cæterum ſingulariter hoc porrum. *Porrū & porri*

¶ Gauſapa Ouidius neutrum dixit. Gauſapa ſi ſumpſit, gauſapa ſumpta. & Caſſius Seuerus ad Mœcenatē Gauſapo purpureo ſalutatus. Sed Auguſtus in teſtamento gauſapes lodices purpureas & coloreas meas. Varro autem ait uocabula ex græco ſumpta, ſi ſuum genus non retineant, ex maſculino in fœminum latine tranſire & a litera terminari, κοχλίας cochlea, hermas herma, χάρτης charta. ergo gauſapes gauſapa. cui generi elegantiores addiderunt neceſſitatem, ut dicerent unicam gauſapam, quod quomodo diceretur merito non conſtitit, quod uſus eius apud ueteres non fuit. Et M. Meſſala de Antonii ſtatuis Armenii regis ſpolia gauſape:- *Gauſapum Gauſapes Lodices purpureæ Coloriæ Gauſapa*

¶ Capillum priores ſingulariter dicebant ſicut barbam. nam

M.Varro epiſtolarum tertio negabat pluraliter dici debere.ſed Virg,ait Comptos de more capillos.& Horatius, Hunc & incomptis furium capillis.Item puer quis ex aula capillis ad cyathum ſtatuetur unctis.

Bouile

℄ Bouile uetat dici Varro ad Ciceronem libro octauo,& ipſe ſemp bouile dicit.ſed Cato de abrogãdis legibus bouile dixit.

Bonæ fruges

℄ Bonæ fruges in es ueteres dixerunt.ſi nunc quidã bonæ frugi cum es pronuntiant,cum antiqui ad frugalitatem non ad frugem hanc elationem referre ſint ſoliti.

Oſcinus
Oſcen

℄ Oſcinis nominatiuum. Cicero de auguriis Oſcen dixit, & ita utitur.

Scriptulum
Numus argenteus a Seruio Tullio primum conflatus.

℄ Scriptulum quod nunc uulgus ſine t dicit, Varro in Plautorino dixit,idem in Annali numum argenteũ conflatũ primũ à Seruio Tullio dicunt is quatuor ſcrupulis maior fuit q̃ numſ.

Panus
Panicula

℄ Paniculæ πρωτότυπον panus eſt. Lucilius quarto ſubtegminis panus φυλακτήριον, quod græci ἀποτρόπαιον amuletum latini dicimus.nã & Varro diuinarũ xlii ita dixit ſiue ab amoliendo ideſt infringendo uim mali ſiue ab ęmulatione.

Scida
Schida

℄ Scida charta ſine adſpiratione à ſcindendo dicta eſt.ſed alii eam cum adſpiratione ſchidam, ex græco ἀπὸ του σχίζειν dictam putant.

Palpetræ
Palpebræ

℄ Palpetras per t,Varro ad Ciceronem xiii dixit,ſed Fabianus de animalibus primo palpebras per b. alii dicunt palpetras genas.palpebras autem ipſos pilos.

Saga & Sagi

℄ Saga neutro genere dicitur,ſed Afranius ĩ deditione maſculine dixit,quod quadrati ſunt ſagi.& Ennius ſagas cœrulas therua purpureis gemauit pampinus uuis. Cuius moueremur inq̃t quod eo carmina Plinius auctoritate ſi quicquam eo carmine puerilius dixiſſet.

Albani
Albanenſes
A Roma
Romanus
A Nola
Nolanus
Hiſpanus
Hiſpanenſes

℄ Albani dicuntur ab Albano,Albenſes autẽ ab alba fugiente,cuius rei cauſam Varro ait eſſe, quod in naturalibus nominibus tantum ſeruatur, in uoluntariis uero negligitur. Nam ut à Roma Romanus dicitur, à Nola Nolanus, ab Atellis Atellanus,ſic Albanus ab Albano dici debet. In illa autem fugiente alba nõ cõſeruatur hoc,quod alterius nomine cognominetur,quod magis apparet quum dicimus Hiſpanus & itẽ Sardos, Hiſpanienſes & Sardienſes.nam cum dicimus Hiſpanus, nomen nationis oſtendimus,cum autem Hiſpanienſes, cogno-

men eorum qui prouinciam Hiſpanã incolũt,etſi nõ Hiſpani.

¶ Paropſides fœminino genere dicũtur,àpulmento, quod græci uidelicet ὄψον appellant. *Paropſides*

¶ Sal maſculini generis eſt,nec habet pluralem. nam & Saluſtius ita uſus eſt, neq; ſalem, neq; alia irritamenta gulæ quærebant.ſed Fauianus cauſarum naturalium ſecundo,neutro dixit. Cur ſal aliud plucidũ, aliud inquinatũ aut nigrum quod ſal ex arido congelatũ eſt. idem etiam pluraliter dixit,hæreſcunt infuſis ſaliscum pluraliter facetias tantum ſignificari grammatici contradiderũt.Et Varro de poematis ii.nunc uides in cõuiuiis ita poni ſal & mel,quod genus etiam Verrio placuit. *Sal in maſculino & neutro genere* *Sales pluraliter facetias ſignificat*

¶ Nomenclator ſine u dicitur,ut Verrius ait, uelut nominis clatatator.

¶ Saturitas in cibo tantum dicitur,in cæteris uero ſatietas,ſed Virg.Odiis haud exſaturata quieuit dixit. *Saturitas* *Satietas*

¶ Palumbes Virgilius fœminino genere dixit.Aeriæ quo cõgeſſere palumbes.item raucæ tua cura palumbes.ſed Lucilius xv. maſculine macroſq; palumbos.Varro autem in Scauro palumbi dicit,quod conſuetudo quoq; uſurpauit. *Palumbes & palumbi*

¶ Aluearia pluraliter dicũtur,Virg. Seu lento fuerint aluearia uimine texta. q̃uis Cicero in Oeconomico ſingulariter dixerit apes in aluearium conceſſerant. *Aluearia* *Aluearium*

¶ Naris ſingulariter huius naris dicimus, ut Aemilius Macer ſaucias naris. *Naris*

¶ Mugil nominatiuo caſu dici debet,ut uigil & pugil,& facit mugilum.Si enim eſſet hic mugilis,etiam mugilium in plurali genitiuo faceret.ut ſimilis & fertilis faciunt ſimiliũ & fertiliũ. *Mugil & Mugilis*

¶ Paterfamilias & materfamilias antiqui magis uſurpauerunt propterea quod ntõ ſingulari s literam adiiciebant, ut faceret genitiuos hæc familia,huius familias,hæc mea huius meas. quam declinationem Saluſt in iiii.ſecutus ait *Paterfamilias*

¶ Caſtella cuſtodias theſaurorũ in deditionẽ acciperentur, ſed emẽdatius cuſtodiæ meæ & familiæ dicimus, qđ ne celebraret Siſenna effecit,ait enim eũ q diceret patrifamiliæ, etiã pluraliter dici debere patresfamiliarũ, & matresfamiliarũ, quod quoniam erat durũ,& longe iocundius patrũ familias ſonabat, etiã patri familias ut diceretur,conſuetudo probauit,& tamen ratio Siſennę non eſt ualida,nec enim neceſſe eſt pluralem numerum *Caſtellum quid*

Magiſtri ludi non ludorum. Matres familiæ.

rei unitate adhibere, nã familia eſt & plebs, & poſſet patrifamiliæ dici, ut tribunus plebis. preterea præfecti alæ & alarũ dicuntur, bis & urbium, nec tamen magiſtri ludorum & præfecti ærariorum, ſed tãtummodo ſingulariter magiſtri ludi & præfecti ærarii. & ideo etiã matres familiæ Varro dixit de ſcenicis originibus primo & tertio. & Graccus, patres familiæ & non familiarum.

Serta

¶ Serta neutro genere dicuntur ut Virg. Serta procul tantum capiti delapſa iacebant. ſed Propertius fœminine extulit, Sic tua præpẽdent dimiſſæ in pocula ſertæ. Et Cornelius Seuerus, Huc ades Aonia crinem circundata ſerta.

Sinapi

¶ Sinapi per omnes caſus ſimiliter effertur, genitiuo tantum s litera adiicitur, huius ſinapis.

Pecunia

¶ Pecunia per c & nõ per q ſcribenda eſt, & quoniã q literam nuſquam uolunt poni alias niſi ut duæ uocales ſequãtur, quarum prior ſit u.

Falanx quid Falangia

¶ Falanx militum dicitur, falangia fuſtis cui quid deligatur.

Margarita

¶ Margarita fœminini generis, quod græca nomina ης terminata, in a tranſeunt, & fiunt fœminina. ut ὁ χάρτης hæc charta, μαργαρίτης margarita, aut communia, ut ἀθλήτης athleta. ergo neutraliter hoc margaritum dicere uitioſum eſt, & tamen multi dixerunt, ut Valgius in epigrammate, ſitu rugoſa rotũda margarita, & Varro epiſtolarũ viii. margaritũ unũ, margarita plura, ſed idẽ Varro ſæpe & alii plures margarita fœminine dixerunt, in genitiuo tamen plurali, nõ niſi fœminino genere margaritarum:-

Sum ſimilis illius et illi. Similare

¶ Similis ſum illius, & ſimilis ſum illi, & genitiuo & datiuo caſu auctores dixerunt. Terentius, Haud ſimilis uirgo eſt uirginum noſtrarum. Datiuo, Virg. Omnia Mercurio ſimilis, ſicut græci dicunt ὅμοιος ἐκείνῳ, ueriſimile tamen & ſui ſimile genitiuo caſu, nec aliter dicitur, nam ſimilar latinum non eſt.

Simia maſculini et fœmini ni generis. Simiola

¶ Simiam auctores dixerunt etiam in maſculino, ut Afranius in Temerario. Quis hic eſt ſimia, qui me hodie ludificatus eſt? Laberius tamen in Creunſi ait. Pharmacopolis ſimiam te amare cæpit. & Cicero ad Marcellum ſimiolam diminutiue dixit:-

Solitaurilia

¶ Suouetaurilia quidam putant dicenda a uictimis ſuouetauro. ſed Valgius de rebus per epiſtolam quæſitis, ſolitaurilia dicta ait eſſe a ſolis maribus ſumptum eſſe.

Quo loco et quo loci

¶ Quo loco per o, & quo loci per i Varro poſſe dici epiſtolicarum ſexto ſcribit, ſed ita, ut ſi de pluribus locum quæras, aut

in Italia quidputa ſit, an in Græcia quo loco dicas, reſpondetur hoc loco, ſi per i, ſicut quo ſis, ſed homo ĩ multitudine dicitur.

¶ Cum autem, quid hoc eſt hominis, quæritur, inquit, de alicuius quæro hominis qualitate, qui neceſſe ſit hic maſculine dicendus eſt ut Verrius ait, quoniam neutra in i & in us non exeunt.

¶ Spongia ſine h dicẽda eſt, nã & græce ψιλῶς dicitur σπόγγος. *Spongia*

¶ Plure aut minore emptum antiqui dicebant. Cicero. Plure uenit. & Lucilius, Plura fora ſuenti. ſed conſuetudo pluris & minoris dicit. *Pluris* *Minoris*

¶ Strigem hanc, in ſignificatione auis dicas, Stringa autem caſtrenſe eſt uocabulum, interuallum turmarum ſignificãs, in quo equi ſtringuntur. ũnde etiam & ſtringoſi dicuntur corpore macilento. *Strix & Stringa*

¶ Stirps ĩ ſignificatiõe ſobolis fœminino genere dicitur, ut ait Virg. Heu ſtirpem inuiſam. ſed cũ materiã ſignificas, maſculino. Modo ſtirpem rectum. Item, Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum, Suſtulerant. dixerunt tamen etiam ſignificatione ſobolis maſculino genere, ut Pacuuius, Qui ſtirpem occidit meum. *Stirps*

¶ Stirps non dicitur in ſignificatione trunci, ſed ſtirpes & facit ſtirpitis. Cæterum in æris ſignificatione correpte ſtips dicitur, & facit huius ſtipis.

¶ Pometa dicuntur ubi poma naſcuntur, ut olïueta. Pomaria autem ubi ſeruantur ut penuria. *Pometa & Pomeria*

¶ Quies facit quietem, requies accuſatiuo non facit requietẽ, ſed requiem, licet Cicero dixerit requietem ad Hoſtilium. *Quies Requies*

¶ Sibyllam Epicadus ꙮ appellatam, qui ex his ſibyllinis libris primo ſacrum facit, deinde ſibylla qui quod flauo & compto capillo fuerint conſimiles, ſyllæ ſunt appellati. Inde effœminati hodieq; in ludo pſylli dicuntur, quos uulgo imprudenter populus appellat. Cæterum pſylli ſunt in Africa ſerpentibus medentes, ſicut in Italia Marſi.

¶ Dies communis generis eſt. Qui maſculino genere dicendũ putauerunt, has cauſas reddiderunt, quod dies feſtos auctores dixerunt non feſtas, ut quartum & quintum Kalendas, non quartam & quintam, & cum hodie dicimus nihil aliud quàm hoc die intelligatur. Qui uero fœminino catholico utuntur, *Dies* *Hodie*

Dies ideſt tempus in fœminino genere

quod ablatiuo caſu e non niſi producta finiatur, eo quod diminutio cum diecula ſit non dieculus, ut Terent. Quid tibi addo dieculam. Varro autem diſtinxit, & maſculino genere unius diei curſum ſignificare, fœminino autem temporis ſpatium, quod nemo ſeruauit. nam & ſecundum hanc diſtinctionem dixit Virgilius, Venit ſumma dies, ideſt tempus. & ille dies primus, legi pro uno die tamen & fœminino genere diei ſpatium ſignificatum ait. Iamq; dies infanda aderat

¶ De Pronomine. Is homo.

Idem. Iidem

¶ Idem compoſitum facit, niſi quia Cæſar libro ſecundo ſingulariter idem pluraliter iidem dicendum affirmat, ſed conſuetudo hoc non ſeruat:-

Se & Seſe qd differant

¶ Se & ſeſe pronomina ita diſtinguit, ut ſe dicamus, quum aliquem quid in alium feciſſe oſtendimus. utputa ille dicit ſe hoc illi feciſſe, quum autem in ſeipſum tunc ut dixit ſeſe hoc ſibi feciſſe.

Nullius & Nulli

¶ Nullus nullius facit genitiuo caſu, ſed Terentius ait. Iners iam nulli conſilii ſum.

Mi & Mihi

¶ Mi & mihi pronomina ſunt, ſed mihi datiui caſus eſt, ut Dic mihi Dameta.

Mi uocandi caſus

¶ Mi uocatiuus, ut o mi puer, ut o mi ſenex. nā uenit à nominatiuo meus, nec aliud ſignificat in maſculino o mi, q̃ in fœminino o mea. Deniq; in omnibus ferè comœdiis in maſculinū dicitur, ad fœmininū nunq̃, quod ſi interiectio eſſet, etiā diuerſo ſexui communis dixerunt tamen mi pro mihi:-

Mi pro mihi

Intro & intus quid inter ſe differunt

¶ Intro eſt in locū, intus in loco dicimus, ut etiam apud græcos ἔσω εἴσω καὶ ἔνδον ideoq; Lucilius ait. Nam ueluti intro aliud longe eſſe atq; intus ſic apud ſe longe aliud eſſe, neq; eadem ualet, at tu intro nos uocas & ſeſe tenet.

Peregre & Rure

¶ Peregre uenit ſine præpoſitione dicendum, uim enim aduerbii habet, cui præpoſitio non adiicitur, ut rure uenit, non à rure nec à peregre.

Quando pro quum.

Quando aduerbium

¶ Quando particulam pro quum ponere Formianus & Fundanius ait, ut Varro, faciunt, nec ſint exemplo. nā Plautus in Menechmis ita ait non habeo, at tu quādo habebis tum dato. uitium tamen eſſe certum, non dubium eſt. Quándo acuta prima ſyllaba interrogationem temporis ſignificat, ſed ſi poſterior ut Virg. quandò tot ſtragis aceruos

Quando pro quoniam.

ſi uero producatur, utputa quando ❀

❡ Sed particula d litera terminãda eſt, ſedum enim anti qui pro ſed ponebant, demptaq; nouiſſima parte, literam tamen immutare non ❀ ſat pro ſatis, ita ſedum cum ſuis literis ſeruauit:- *Sat pro ſatis*

❡ Haud ſimiliter d litera terminatur, aut enim græca uox d litera terminatur ❀ cæpit quibus mos erat d litera ❀ penè uocibus uocali litera finitis, adiungere, ut quo te hoc noctis dicam proficiſci foras, ſed & per t ſcribi ſonus uocis admittit. *Haud & Aut*

❡ De gradibus Comparationis ſiue Conlationis.

❡ Comparationum ſunt ordines duo, ſecũdus & tertius. Diuiduntur autem ſinguli in tres gradus, & eſt primus gradus abſolutus, quem & primitiuum dixerunt, ſecundus comparatiuus, tertius ſuperlatiuus & declinatur hoc modo. *Comparationũ tres gradus.*

❡ Secundi ordinis maſculina, doctus, doctior, doctiſſimus. pluraliter docti, doctiores, doctiſſimi. Fœminina pluraliter doctæ, doctiores, doctiſſimæ. Neutra, doctum, doctius, doctiſſimũ. pluraliter docta, doctiora, doctiſſima. aduerbialiter docte, comparatiue, doctius. ſuperlatiue doctiſſime, appellatio hæc doctrina.

❡ Tertii ordinis hoc modo. Maſculine felix, felicior, feliciſſimus pluraliter felices feliciores, feliciſſimi. Fœminine felix, felicior, feliciſſima. pluraliter felices, feliciores, feliciſſimæ. Neutrũ felix felicius, feliciſſimum. pluraliter felicia, feliciora, feliciſſima. aduerbialiter feliciter, comparatiue felicius, ſuperlatiue feliciſſime. appellatio hæc felicitas.

❡ Sunt quædam quæ primum & ſecundum gradum recipiũt tantummodo, ut iuuenis, iuuenior, iunior, ſenex, ſenior. Quædam ſecũdum & tertium, ut ulterior ultimus, interior intimus. Quædam quæ primum & tertium. ut pius piiſſimus, fidus fidiſſimus, cuius ſecũda elocutio eſt magis pius, magis fidus. Quędam autem nulla declinatione in collationem ueniunt, quibus accidit magis. itẽ minus & minime, ut rudis, proprius, ſobrius. dicimus enim magis rudis, magis proprius, magis ſobriu. Item maxime rudis, maxime proprius, maxime ſobrius. ſic è contrario minus rudis, minus proprius, minus ſobrius, minime rudis dicitur, & minime proprius, & minime ſobrius. *Iuuenior* *Iunior* *Senex* *Senior* *Pius piiſſimus.*

¶ Illa autem quamuis diuerſa ſint, gradus tamen inter ſe fecerunt. ut bonus melior optimus, malus peior peſſimus, magnus maior maximus. Obſeruabimus tamen quod ipſum iam annotauimus nominatiuum in comparationibus uerſari, non etiam participia in his comparationibus ſecũdi ordinis. In aduerbiis primi gradus, quæ in e proferuntur ſunt quatuor, hæc excepta quæ contra regulam proferuntur per r, ut nauiter, humaniter, largiter, duriter, quæ quamuis antiquitati adſignent, grammatici etiam ſecundum ſuam rectam analogiam proferri poſſe aſſerunt, ut naue & ignaue, humane, large, dure.

Na iter & naue
Humaniter & humane
Quæ cõparari non poſſunt

¶ Sex ex iis quę ante us e aut i habent, comparationis fieri non poſſunt, neq; enim ab idoneo idoneor fieri poteſt, neque à neceſſario neceſſarior & ſimilibus, non enim ſunt quatuor tantum, ſed & alia complura, & ex ſecundo ordine ad tertium deriuantur, & ex tertio non deriuantur. Virgilius de hac regula dixit in quinto ex parte. Ergo alacris cunctoſq; putans extendere palmas. Romanus libro de analogia ita inquit alacris, licet conſuetudo, ut ait Plinius libro ſexto, dubii ſermonis alacer dicit ut equeſter ordo. nam & hæc alacria, ut equeſtria poſſunt neutro dici, quod tamẽ ſuperlationem nõ capit ut acerrimus, dici non debet alacer, ſed & Terentius Eunucho, quid ne eſt alacris.

Alacria & Equeſtria

¶ Sed & omnia nomina quæ per r terminantur in ſuperlationibus, ſic proferuntur ut pulcher pulcherrimus non pulcherriſſimus. item acerrimus non aceriſſimus & cætera.

Superlationes a nominibus in r

¶ Item & quæ per is terminantur, hæc duntaxat ſubiecimus, quæ in ſuperlationibus ſimiliter proferuntur, ut ſimilis ſimillimus, facilis facillimus, humilis humillimus, agilis agillimus, gracilis gracillimus. reliqua nomina quæ per iſſimus faciũt, æque ad uerbia horũ omniũ quæ adnotauimus ſimilia ſunt, ut pulcherrime, ſimillime, facillime, humillime, gracillime. inuenimus tamen apud auctores etiam maturrime aduerbialiter, cum debeat maturiſſime.

Superlatiuorũ terminationes
Humilis
Humillimus
Maturrime
Maturiſſime

¶ Obſeruabimus in declinatione comparationum, aduerbium hoc quoq; ueniſſe ex eo quod eſt facilis & difficilis. dicimus enim non faciliter, nec difficiliter, tametſi ueteres dixerunt, ſed facile facilius facillime, difficile difficilius difficillime, ſic etiam ex eo quod eſt repens, repenter debuit dici, recens recenter, dicimus

Faciliter
Difficulter
Facile facilius facillime
Recenter
Repenter

dicimus repente repentius repentiſſime, ex eo quod eſt recens quod malum eſt dicere, recente aut recẽter utimur. ſic recẽs uenit quod eſt pro aduerbio nomen, uti libens dixit.

¶ Omnia quæ per ter nominantur, in comparationem non ueniunt, memoriter ex eo fit quod eſt memor, memorior non dicimus, nec memoroſius, non habet enim comparationem, Cicero in Lælio, Quintus Martius augur multa narrare de Caio Lælio ſocero ſuo memoriter & iucunde ſolebat. & Affranius in Vopiſco. Memini memoriter, ut Romanus refert in libro de aduerbiis ſub eodem titulo, quia uidit quare comparationem facere etiam dictio iſta ſatis ſatius:– *Quæ in comparationem non ueniunt* *Memoriter* *Satius a ſatis*

¶ Aliis ita placuit definiſſe partiones orationis, quæ appallẽtur qualitates, hoc modo obſeruandum, nã qualitas eſt & ſpecies. ut eſt niger & teter, & quantitatis ut magnus, ingens, hæ partiones trifariã declinãtur, ideſt, abſolutiue, cõparatiue, & ſuperlatiue, ex ſecundo & tertio ordine, aut ex ſecundo, hic pulcher pulchrior pulcherrimus, ex tertio fortis fortior fortiſſimus.

¶ Harum appellationum comparatio appellatiuum caſum accipit, ut doctior illo, Superlatio genitiuum, ut doctiſſimus omnium. Quamuis enim comparantes utamur & ſingulari & plurali numero, quoniam uno quis poteſt melior eſſe, cæteris peior, tamen cum ſuperlatiuum ponimus, non utimur ſingulari numero, ſed aut dicimus omnium, aut per ſe ponimus, nihil adiicientes. ipſa enim ſuperlatio per ſe prælationem omnium ſignificat, & confirmat neminem præ illo eſſe doctiorem, ubi doctiſſimus appellatus, nec ut ſolemus dicere magis doctus & ualde doctus, ita etiam dicimus magis & ualde doctior ut doctiſſimus *Comparatiuorũ & ſuperlatiuorum conſtructio* *Superlatio per ſe prælationem omnium ſignificat.*

¶ Illud enim in abſolutionem ſolet adiici de iis, qui aliis ſunt doctiores & habent alios per ſe doctiores, ubi autem ſuperlatione utimur, non poteſt adiici neq; magis neq; ualde, quoniã ipſa ſuperlatio omnia ſignificat, quanq̃ ait Cicero, uel potentiſſimus quod eſt ualde potentiſſimus.

¶ Imprimis ergo hoc obſeruare debemus comparantes quod comparatio abſolutionis periſſoſyllabam neceſſe eſt ut habeat, ut doctus doctior, facilis facilior, ſed ſi inciderit appellatio, quæ non poteſt habere periſſoſyllabam in comparatione, nec comparari poteſt, quod poſſumus ex hac comparatione *Quæ non poſſunt comparatiua habere*

euidentius uidere, ut pius, debet in comparatione pior dici, ſed quoniam nō habet periſſoſyllabam, nec comparari poteſt, ſicut nec idoneor dici poteſt. Quæ regula de omnibus appellationibus quæ non habent in cōparatione periſſoſyllabam obſeruāda eſt, ut nō cōparētur. Non minus autē excipimus ex comparationibus, quæcunque nomina us pure proferuntur, ut ſtrenuus, neceſſarius & ſimilia. Comparatiua enim non poſſunt habere, ſuperlatiua uero habent ex omnibus quibus ueniunt, ut hic piiſſimus, ſtrenuiſſimus.

Quæ noīa non comparantur.

¶ Ex tertia declinatione nomina non excipiuntur, his autē quę non recipiunt comparatiua dicimus magis q̄ ille, & proferimus per nominatiuum, ut hic neceſſarius magis quàm ille, hic pius magis quàm ille.

Comparatiua ab aduerbijs

¶ Sunt comparatiua aduerbia ex πρωτοτύποις ut eſt prope ad uerbium, ex hoc fit comparatiuum propior, proxime, item intus interius intime,

Comparatio in tertij ordinis declinationem redigitur ſuperlatio uero in ſecundā.

¶ Omnis uero cōparatio in tertii ordinis declinatiōe redigitur, ut hic doctior huius doctioris, ſuperlatio in ſecūdā, ut hic doctiſſimus huius ſſimi, ſed fœminina ſecundū primam declinationem declinantur, ut hæc doctiſſima huius doctiſſimæ.

Aduerbia quæ ex appellationibus ueniunt ut obſeruantur

¶ Aduerbia uero quæ ex appellationibus ueniunt, hoc modo ſunt obſeruanda, quando appellationis genitiuus caſus in is ſyllaba terminatur, & aduerbium in er utique facit, ut hic utilis huius utilis, utiliter facit aduerbium, grauis grauiter & omnia cætera ſimiliter.

Grauiter
Aperte
Pure
Nouiter
Faciliter & facile
Vtiliter & Vtile
Viliter & Vile. Noue
Nauiter
Duriter
Naue, Dure

¶ Sin autē appellationis genitiuus caſus in i litera terminatur & aduerbium utique in e literam productam facit, ut hic purus huius puri, pure facit aduerbium, apertus aperti aperte, & cætera his ſimilia, exceptis his quæ extra hanc regulam obſeruantur.

¶ Ex hoc enim quod eſt nouus noui nouiter facit, & ſic ueteres dixerunt, & hic facilis huius facilis faciliter & facile, & uilis uiliter & uile facit, tanq̄ noue & facile debeat eſſe, ſed apud ueteres dictum eſt noue, facile autem appellatio neutralis uidetur eſſe τὸ εὐχερὲς & aduerbium εὐχερῶς.

¶ Dixerunt ueteres nauiter & duriter, humaniter, quæ nos naue, dure, humane, ſed humaniter quidē ſignificat φιλανθρώπως humane autem ἀνθρωπίνως.

¶ Similiter hæc aduerbia ſunt nobis obſeruanda, ꝙ quamuis ex appellationibus ſecundæ declinationis ueniant, tamen regulam quam propoſuimus non ſequuntur. debemus enim dicere falſe & prime & tertie, ſecundæ appellationes quæ ſunt falſus primus tertius non dicimus, ſed falſo ψευδῶς, primo πρῶτον, ſecundo δεύτερον, tertio τρίτον, ſed & hæc debemus ſecundum regulam dicere bene & male per e productam, bonus enim eſt & malus, appellationes enim non dicimus, ſed male & bene per e correptam.

Falſo Primo Secundo Benẽ Male

¶ Temere proprium aduerbium eſt, neq; enim ex appellatione neque ex uerbo uenit. Præcipue & hoc obſeruandum eſt in primis, quòd nunquam aduerbium præpoſitionem recipiat, præter hoc adprime ἐν τοῖς πρώτοις, & quæ dixerunt ueteres, mane ab hinc annos decem natus, quod eſt ante annos decem natus eſt.

Temere Adprime Mane ab hinc annos decem

¶ Hæc ſola corrumpunt regulam comparationis quã ſupra diximus, magnus maior maximus, primus prior primarius, malus peior peſſimus, bonus melior optimus.

Quæ corrumpant regulam comparationis. Primus, Prior, Primarius

DE ANALOGIA

VT AIT CAIVS IVLIVS ROMANVS.

Iulius Romanus

ANalogia eſt ut Gręcis placet, συμπλοκὴ λόγων ἀκολούθων ea quæ generalis eſt. Specialis uero eſt, quæ ſpectatur nũc in rebus, nunc in rationibus occupata, cui græci modum iſtius modi condiderunt. Analogia eſt, ἐν συμπλοκῇ λόγων ἀκολούθων ἐν λέξει, huic Ariſtophanes quinq; rationes dedit, aut ut alii putant, ſex. Primo ut eiuſdẽ ſint generis, de qbus quæritur, dein caſus, tũ exitus, quarto, numeri ſyllabarũ. Itẽ ſoni ſex, Ariſtarchus diſcipulus eius illud addidit, ne unq̃ ſimplicia cõpoſitis aptemus, cuius rei rationẽ interim differamus contenti paucis, quæ exẽpli.

Analogia quid

Ariſtophanes grammaticus Analogiæ quinq; rationes.

C. Iulius Romanus grammaticus.

gratia C.Iulius Romanus ſub eodem titulo expoſuit, ut interdum iacente ratione quantum ſibi dederit auctoritas colligamus ſcilicet tramitibus nominum per literas ſtratis. ut arbos, athos non poteſt accuſatiuo rem capere, exceptis monoſyllabis flos, glos, ros, ater, acer, anhelanti ſimilis, acrum tamen pro acrem Cn.Matius Iliados xv. Vindex libro primo notat.

Acris

¶ Acris. Accius in Epinauſimachæ, incurſio ita erat acris.

Arcius in gtõ.

¶ Arcius. Cicero de deorum natura libro tertio, cur autẽ arcius ſpeties non in deorum numero ponatur.

Animale

¶ Animale Lucretius, Vnde animale genus, quod cum ratione dictum inde deſpicio, quod nullum nomen eſt quod nominatiuo plurali, nominatiuus ſingularis duabus ſyllabis creſcat, quam rationem ſi prorſus uolueris obtinere, conſuetudinis elegantiam relegabis

Allecto

¶ Allecto hanc allecto, Maro luctificam allecto, nam & nomine Dido, ſæpe uocaturum, eiuſdem ſchematis eſſe grãmatici tradiderunt non per uocatiuum ó Dido. Fl. tamen Caper allecto monoptoton eſſe Valerium Probum putare ait, hanc allecto.

Valerius ꝓbus
Antiphophonis

¶ Antiphonem Terentius, quod quidẽ rectę rationis eſt, Apud Antiphonem uterq; mater & pater, ut leonis, draconis, leonem, draconem, nec enim nominatiuus græcis par eſt.

Alcon alconis

¶ Alcon alconi; adæque facit, nam & Maro ſic declinauit.

Argo nauis
Menippeaſin ꝑ
Menippeis
Citiremis

¶ Argo hanc argo Varro Menippeaſin, Age modo Argo Citiremem.

¶ Apollo & Carthago genitiui ſingularis regulam non tenẽt, Cicero enim & quæcunq; o finita nomina ſunt, Ciceronis, Catonis, Zenonis, Iunonis faciunt, appellatiua uero dupliciter, ut preconis, latronis. ordinis, marginis.

¶ Adam ὁ πρωτόπλαστος monoptoton eſt, proin latine ut eſt græce.

¶ Abraham adæq; monoptoton eſſe cenſeto.

Amicities
Planities
Luxuries
Mollities
Manus porrigerę

¶ Amicities Plinius ſecundus ſermonis dubii libro ſexto, ut planities, inquit, luxuries, mollities & ſimilia ueteri dignitate. Cęterum rationis uia debet amicitia dici.

¶ Omnia enim nomina quæ nominatiuo plurali æ ſyllaba finiuntur, e depoſita reddunt nominatiuo ſingulari ſpeciem ſui iuris ac formæ. Quod ſi manus ueterum licentiæ porrigemus, poteſt & copies & obſeruanties, & beniuolenties dicier.

¶ Autumnal. Varro ęquinoctiũ autumnal, quod idem Plinius eodem libro ſexto notat. uidendũ tamẽ eſt an reprehenſione ſit dignũ, prius illa nobis ſpectata ratione. Nomina quædã ſunt principalia quæ Plinius Secũdus eodẽ libro faciẽtia appellat, ex quibus poſſeſſiua naſcũtur, quæ patiendi uocat, ut æquale, Nam Lucilius primo Saturarum, Arutæ ne, inquit, aquales, non ut autumnal, huius autem principale nomen eſt aqua, quod uero patitur ac tenet aquam aquale, ut equile, ſedile, monile, aut idem Plinius aquale. *Autumnal & autumnale* *Principalia & Patientia nõia q̃ Patiendi nõia poſſeſſiua* *Aquale quid*

¶ Amazon. Quamuis nullum nomen latinum on literis finiatur, & ideo Rhodum & Delum accuſatiuo dicamus, tamẽ quędam ſunt, inquit, Plinius Secundus quæ ad nos uſq; proprios gentis ſuę uultus formámq; cuſtodiunt, ut Pluton, Xenophon. *Rhodum & nõ Rhodon* *Delum & non Delon.* *Pluton* *Xenophon*

¶ Aqualium an potius aquarium dici debeat, quærit Plinius ſecundus, & putat ut laterale laterarium, ſcutale ſcutarium, & manuale ſaxum, manuarium uas, proin aqualis aquarium dici. *Aquarius* *Scutarius*

¶ Ador ut memor gtõ ſingulari declinabitur, & ut neutralia numero iiii. æquor, arbor, marmor, nec ut ſoror ſapor. *Ador* *Memor*

¶ Animal animale faciet, ut autumnal autumnale, capital capitale, tribunal tribunale, quæ patiendi nõ ſunt ut ſupra diximus. Plinius Secũdus animal non animale ait dici debere. G. Cæſar quaſi indiſcretum hoc ſit, ait. I litera nominatiuo ſingulari neutra finita nomina, eandem definitionem capere, quam capiãt e litera terminata, huic animali & ab hoc animali, huic puteali & ab hoc puteali. *Animal & Animale* *Puteal*

¶ Ambos Terentius in Adelphis, Vſq; à pueris curaui ambos ſedulo. Saluſtius quoq; hiſtoriarum libro quarto, Inter me atq; Lucullum prope inopia rurſus ambo inceſſit. Idq; Helenius Acron ſic oportere dici in eadem Terẽtii fabula diſputauit, Verũq; dicit errare, q putat hos ambo dici debere, indifferẽter autẽ locutos ueteres. uberiora dabuntur exempla, Afranius in Pantaleo, Contemnens, inquit, liber natus eſt, ita mater eius dixit in Gallia, cum ambos emerẽ. Item idem in eadẽ, Sed eccos ambos. Qui autem cum Helenio faciunt, hanc afferunt cauſam, qui omnis accuſatiuus numeri pluralis exceptis neutralibus & monoptotis s litera finiri debet, quoniam & has ambas, ut doctas pictas, hos item ambos ut pictos doctos, par erit dicere. Ambo Afranius in Pantaleo, Reuocas nos ambo ad prælium. Terẽtius *Ambos & Ambo* *Helenius Acron*

in Andria, Hem Charine,ambo oportune uos uolo. Maro Georgicorum quarto, Verum ubi ductores acie reuocaueris ambo. Idem in Bucolicis,Nam ſæpe ſenex ſpe carminis ambo luſerat, quod genus græca declinatione profertur, illi enim ἄμφω dicunt.

Aeſtifer an Aeſtiferus

℃ Aeſtifer an æſtiferus Plinius in eodem libro ſexto,ut facifer & aurifer & armiger lucifer,dici debet,quod compoſita ſunt,nec ut quædam quaſi compoſita,ut Euander, Teucer,dici debent, & interdum u litera carere.

Kalendas Auguſtas Maia maias Paterfamilias non familiæ

℃ Auguſtas.Cur pridie Kal.auguſtas & nō auguſtarū dicimus ubi Plinius ſecūdus eodē libro ſexto,a finita nomina ſingulari nominatiuo as ſyllaba declinabant,ut Maia maias,nam & Siſenna inquit, cum qui dicūt paterfamiliæ, patrum familiarum oportere dicere.Itaq; patrumfamilias conſuetudine tædium reſpuerit & dicere perſeueratum eſt.

Ancipes pro anceps

℃ Ancipes ueteres cum ratione dixerunt,ne genitiuo ancipitis duabus uideretur ſyllabis creſcere.Plautus in Rudente, Poſt alterius ſecus eſt ſecuricula ancipes.

Aedile nō ædili Claudius Pulcher ædilis

℃ Aedile ab hoc ædile non ædili.P.Rutilius de uita ſua v. & Varro de originibus ſcenicis ii.à Claudio Pulchro ædile, quod cum ratione dictum eſſe monſtrabis,ut ait Secundus ſermonis dubii libro tertio,quod nomina quæcunq; genitiuo ſingulari is ſyllaba finiuntur,exceptis iis,quæ ſimiliter faciunt nominatiuo, oportet ablatiuo ſingulari e litera terminari,à prudente,ab homine,quod ſi adiicias aliquid, idem in eodem Plinius,per i debet dici,à prudenti conſilio.

Aui Puppi

℃ Aui puppi,quoniam genitiuus ſimilis eſt nominatiuo,& id circo non poteſt ad ſupradictam regulam pertinere.

Agile et agili

℃ Agile ab agile,ſi de perſona dicatur ita debet,quod ſi rem ſignificabis,ab hoc agili dici debet,ut idem Plinius eodem libro.

Eclogæ ex annali deſcriptæ.

℃ Annalei, Varro epiſtolarū quæſtionum libro ſexto, eclogas ex Annalei deſcriptas.

Aenea

℃ Aenea,hic ænea ſine s Varro dixit in Agemo.

Agreſte

℃ Agreſte,Saluſtius hiſtoriarum primo,quod idem Plinius eodem libro in animali,inquit,ſignificatione.

Aeribus

℃ Aeribus, Lucretius ſecundo, Pulſabant æribus æra,cum in his nominibus hoc quoq; nomen eſſe uideatur,quæ ſingulari quidem numero per omnes caſus eunt,plurali non niſi per no

minatiuum & actm̃ & uocatiuum tantum,ut iuria,maria,rura, æra. Cato ut plura æra equeſtria fiant, æribus æqueſtribus de duobus millibus a cc.

Iura
Rura
Maria
Aera

¶ Arbor arboris nõ ut uxoris & ſororis,cum ſit fœminini generis ſubartatur, quaſi ſit unum ex quatuor ſupraſcriptis nominibus.

¶ As finita nomina,caſu nominatiuo ſingulari,genitiuum uarie pronuntiant,ut aſpernantis, Thoantis,anhelantis,uocatiuus ſingulatis ſimilis erit nominatiuo,contra eſt Aeneas & o ænea, Marſias,Amyntas,nec intereſt græca ſint nec ne.

¶ Aerem ueteres dixerunt,non item ætherem ſed æthera,quia utraq; græca ſunt.

Aerem dixerũt ueteres.

¶ Auxiliaris homo,ab hoc auxiliare homine,ut idem Plinius.

Auxiliare

¶ Ablatiuus caſus per omne ſpecimen, & quidem quando i, quando e terminari debeat colligimus ✿ primus.

¶ Aſtyanacte per e,quanq̃ enim genitiuus ſingularis is ſyllaba finiatur,ꝙ alio communi non eſt,e nec i ablatiuo cludetur.

¶ Aiax,ad eandem rationem id quoq; pertinet nomen aiace ablatiuo hunc tuebitur,nec i admittet.

¶ Alacer.Er finita numero ✿ caſu nomini ablatiuũ per uarias uias ducit,ut acre,accipitre,ex quibus ſi quæ ſolent in nomen hominis tranſire,non ſunt dubia.

¶ Alexander, ſi ratio placet, quam ſub Euandri nomine diſputauimus.

¶ Ager quoq; uſu non ratione dicitur,quæ mihi ratio uix uidetur adhibenda.

¶ Aurelii genitiuus non tantum creſcit cum nominatiuo,ſed ut par ſit datiuo caſui,ut Plinius eodem libro ſcribit.

¶ Amans amantium,ns finita nomina ſingulari nominatiuo,genitiuo plurali ium recipiant neceſſe eſt.Itaq; Terentius, Amantium irę,amoris reintegratio eſt. Amantum Cęcilius ut etiam Plinius notat,quantum amantum in riatica eſt.

Amantum & amantium

¶ Apluſtre.Omnium nominũ quæ ſunt neutri generis, & in e terminantur,ait Plinius Cęſarem ſciſſe eoſdem eſſe ablatiuos, quales ſunt datiui ſingulares

Apluſtre

¶ Ar literis nomina neutralia terminata.Idem non minus,ait Cæſar quod datiuo & ablatiuo pari iure funguntur, ut idem Plinius ſcribit.

Architecton ¶ Architectonis, Titinnius in Sentina, Incenſus architectoni
Algu ¶ Algu, Plautus in Rudente, Tu uel ſuda, uel peri algu.
Aui & aue ¶ Aui, Cicero de auguriis, omnibus aui incerta.
Amni uel amne ¶ Amni. Maro, Secundo defluit amni, ubi Plinius eodē libro ab antiquis, inquit, quos Varro reprehendit, obſeruatio omnis illa damnata eſt, nō quidem in totum, dicimus enim, inquit, ab hoc canali, ſiti, tuſſi, febri, maiore tamen ex parte forma mutata eſt, ab hoc enim cane, orbe, carbone, turre, falce, igne, ueſte, fine, monte, fonte, ponte, ſtrigili, tegete ✠ aſſe, axe, naue, claſſe dicimus, ac ne illa quidem ratio recepta eſt, quam C. Cæſar ponit in fœmininis, ut puppim, reſtim, puluim. Hæc enim modo & ab hoc cani, & ab hoc cane.

Canali *Siti* *Tuſſi* *Febri*

¶ Aenigmatis. Varro de utilitate ſermonis quarto, ait enim Plinius, quanquam ab hoc poemate his poematibus facere debeat, tamen conſuetudini & ſuauitati aurium cenſet ſummam eſſe tribuendam, ut in Aceſte & in Anchiſe Maroni placitum & quod græca nomina non debent latinis ✠ alligari:-

Cōſuetudini & aurium ſuauitati ſumma tribuenda eſt

Arabs & arabus. ¶ Arabis, Maro, Hyrcanis Arabiſq; parant, ubi Plinius es numero plurali finita nomina datiuo bus recipiunt, idq; commentatores iubent. Quid ergo ſi ſic declinauit, ut Plautus in Bacchidibus, & in Pœnulo Arabus myrrinus, odor arabus. Lucilius xxv. Arabus artemo. Deniq; & G. Caſſius in epiſtola quam de Dolobella ſcripſit, Arabi mirifico animo erga nos fuerunt, inquit. Arabs, Maro, Omnis arabs, omnes uertebant terga Sabæi. Florus ad diuum Hadrianum, Quaſi de Arabe aut Sarmata manubias.

Myrrinus odor.

Florus ad Hadrianum.

¶ Bos bouis, non ut gloris, roris, floris, quod hæc r conſonantem unius temporis habet, ut caput non magis placet, licet apud græcos phthongos plures habeat hæc litera, ut uocalis, bouis uero tametſi breuem tantum uocalem gerat.

Biber ¶ Biber τὸ πίειν, G. Fannius Annalium octauo, Domina eius ubi ad uillam uenerat, iubebat biber dari. Cato quoq; originum, ſed & Titinnius, In prælia date illi biber, iracūda hæc eſt.

Cinnæ propempticon. ¶ Belidis, Cinna in Propemptico Pollionis, Nec tam donorum ingentes mirabere aceruos, In muneralibus congeſtis undiq; ſæclis, Iam inde à belidis, nataliq; urbis ab anno Cecropis, atq; alta Tyrii ab origine Cadmi, Patronymice dixit, Belidis ut arabis, at uero Maro belidæ palamedis ait.

Belidæ qui *Cecropis urbs* *Cadmus Tyrianus*

¶ Cretam Cicero Tuſculanarum libro ſecundo, Cretam legis Cretenſes Ennius, ut Varro libro i de ſermone latino ſcribit. *Creta inſula*

¶ Contubernale Pomponius in Machomilite, Cũ cõtubernale, inquit, pugnaui, quod meam cœnam. *Contubernale*

¶ Cereale ablatiuo e terminabitur ſi homo ſit, cereali ſi res ſit & fructus. *Cereale*

¶ Conſulari nunquam per e dari ablatiuus poterit, quod proprium nomen hominis non ſit, ſed aptum homini & negotio. *Conſulari non conſulare*

¶ Coniuge, quia alii rei non poſſit eſſe commune, idcirco per e ſonabit.

¶ Cicatrice ſub eadem ratione cenſebitur.

¶ Celere ſi proprium nomen ſit uiri, quod ſi fœmininum, ſiue id fuerit neutrũ cõmunis generis celeri.i.ab hoc & ab hac celeri, Plautus in Sticho. Ita celeri inquit curriculo fui. *Celere & celeri*

¶ Celebre ſimile dubiis eſt, ut ſub A litera diximus, quãquã plurali ntõ in res exeant, ut ſalubre, pultare, pedeſtre, terreſtre.

¶ Ceruicium ubi Plinius eodem libro exceptis monoſyllabis cætera x finita nomina ſeu uocabula abſq; cognominibus genitiuo plurali, quanquam ante um i non recipiant, ut fruticum, filicum, radix tamen ut ceruix radicum facit, *Ceruicum*

¶ Cicatricum non cicatricium Hortenſius pro G. Rabirio cicatricum mearum, quod emendate dictum eſt. *Cicatricum Hortenſius pro Rabirio Rabirius*

¶ Compluria, Terentius in Phormione, Noua compluria, ubi Plinius, Iulius Modeſtus, inquit, ita definiit. Quæ nomina comparandi fuerint & accuſatiuis pluralibus in is exient.ſ. fortioris fortiorum facere debet, non fortiorium.i.ante um ſyllaba i recipere non debet, ita complura & complurum eſſe dicendum, conſuetudo tamen & hos plures dicit & hæc pluria *Complura an compluria.*

¶ Conſtante cum cognomen erit hic ut eiuſmodi, à preſente, innocente, ſapiente, intente, prudente, ❀ dicemus ait Plinius, nec intereſt ens an ans ntõ ſingulari claudatur. Sed enim P. Rutilius de uita ſua libro ſecundo, Animo inquit conſtante.

¶ Continenti. Varro de gente P. R. libro i in terra cõtinenti. *Terra continẽs*

¶ Candenti, Varro Rerum ruſticarum tertio, Candenti ferro. *Candenti ferro*

¶ Ciuitatium, Annæus Cornutus ad Italicum de Virgilio, libro x. Iamq; exemplo tuo etiam principes ciuitatium & poetę incipient ſimilia fingere. *Annæus Cornutus Ciuitatium pro ciuitatum.*

¶ Canes Lucilius primo, Irritata canes q̃ homo hoc quod Plinius *Canes pro canis*

dicit pro canis,nec enim poteſt dici ut nubes, ſedes, ſed ut funis,turris,canicula enim facit ut turricula,funicula.

Cetaria cetaribus

¶Cetariis Pomponius ſecundo ad Thraſeam, cum ratio cetaribus,inquit Plinius,poſcat ut mœnia mœnibus,ilia ilibus,parilia parilibus.Ea enim nomina quæ i ante a habent, ut cetaria, in bus neceſſe eſt definant.

Clauim Strigilim Lentim

¶Clauim,Tibullus.Hinc clauim ianua ſenſit.Strigilim quoq; Lucilius.Varro de poematis ſecundo,lentim quod eorum nominum ablatiuus ſingularis in i exit. Auem autē & nauē quoniam ab hac aue & naue faciat,accuſatiuus per i dari nō poteſt.

Diligente non diligenti

¶Diligente,Verrius Flaccus,inquit Plinius,eorum nominum quæ ns finiuntur,caſu nominatiuo ablatiuus in e dirigēdus eſt, Itaq; Cæſar epiſtolarum ad Ciceronem, neq; inquit,pro cauto ac diligente ſe caſtris continuit.

Duos & duo in accuſatiuo Martes duo Helenius acron Vicem duorum comeſſe.

¶Duo hos duo,Accius in Epinauſimache,Martes armis duo congreſſos crederes.Terentius in Adelphis, Tu illos duos pro re tollebas tua, ubi Helenius Acron per duos, duorum Pomponius in Machomilite, Nam ſi cibaria uicem duorum ſolum me comeſſe condecet.

Dracontem pro draconem

¶Dracontem Accius in Philoctēta , quod utiq; uenit à nominatiuo,hic dracon.

Domi ſuæ non eſt aduerbium.

¶Domi ſuæ,Varro de ſermone latino libro v. Nec enim poteſt aduerbium dici,cui ſuæ pronomen adeſt.Cato de multa,contra L.Furium,domi meæ ſæpe fuit,& eſt genitiuus.

Digitum pro digitorum Varro ad Atticum de uita P. R.

¶Digitum pro digitorum,Varro ad Atticum de uita P . R. libro primo, Neq; ille Callicles quaternum digitū tabellis,nobilis cum eſſet factus , tamen in pinguendo aſcendere potuit ad Eufranoris altitudinem.

Callicles pictor Eufranor pictor

Damnas quid

¶Damnas,ut cuias noſtras,& cuiatis,noſtratis,an quid eſſe dicemus?nam & interpretatio eius damnatum participium facit.

Dij pro diei Die pro diei

¶Dii pro die ſeu diei lucani,Virgil. enim, Libra die ſomniq; pares ubi fecerit horas.eſt ❀ ante iis,arguit diiq; ut ſi ſemper legendum eſſe definit,idq; in Cælii hiſtoria ❀ ere deprehendes ❀

Duum pro Duorum

¶Duum ❀ ad Marcum Antonium,de ferro ollienſibus duum.Item ueſtrorū doctum principē & nauū modulorū & tibicinū odio fuiſſe diuino tum ſcimus.Neuius in Tarētilla, Salui & fortunati duó,duum noſtrum patres.

¶ Dapſile ab hoc dapſile, ſi de homine dicas, e litera ablatiuus eſt terminandus. Dapſile ſi rem ſignificabis, ab hoc dapſili. *Dapſile* *Dapſili.*

¶ Decemuirali ablatiuus ſemper hic erit, nec in e literã tranſiet, ut ab hoc conſulari, quod honorum nomina, propria hominum eſſe non poſſunt. *Decemuirali*

¶ Duumuirali id quoq; ex ſupradicta ratione conſiſtit. *Duumuirali*

¶ Duplici, Bibaculus, Duplici, inquit, toga inuolutus, non duplice, unde quidam errant, qui x litera nto ſingulari finita nomini, ablatiuo e tantummodo putant claudi, cum mendaci animo & artifici ingenio, & ſalaci & minaci propoſito, & ab atroci facto, atroci uultu, ait Plinius, recte dicamus. *Duplici toga inuolutus.* *Mendace & mendaci.* *Sic artifex & ſalax, minax, atrox.*

¶ Didun, Acteius Philologus librũ ſuũ ſic ædidit ſcriptum, An amauerit Didun æneas, ut refert Plinius, conſuetudinem dicens facere hanc Calliſto hanc Calypſo, hãc Io, Allecto. Itaq; & L. Annæus Cornutus in Maronis commentariis Aeneidos x. Didus ait, hoſpitio Didus exceptum eſſe Aenean. *Didun p Dido Aeneas hoſpes Didonis.*

¶ Elephans. Ns literis nominatiuo ſingulari finita nomina, genitiuo ſingulari in s literam neceſſe eſt exeant, ut ſaltantis, ablatiuus ſingularis ab hoc ſaltante, quod in elephante non cadit. Itaq; elephantus eſt uocandus, facit enim huius elephanti & & ab hoc elephanto. *Elephans an elephantus.*

¶ Egente ab hoc egente homine, egenti, ab hac egenti re. *Egente & egẽti*

¶ Euandrus, Maro quod ut inquit Aurelius Opilius, græca nomina os ſyllaba finita latine us terminari, uſus tamẽ Euander. Sunt ſane quædam, quorum natura cõſuetudini copulatur, ut codrus & heſperus. *Euandrus & Euander*

¶ Ego pronomen ita declinandum dedit. Ego, mei, mihi, aut mei, me, o ego, ab hoc me.

¶ Er ſyllaba finita nomina maſculina, genitiuum duplicis formæ dant, ut Euander euandri, ager agri, niger nigri. At cum per ris, ut pauperis, anſeris, equeſtris, ſequeſtris, quoniam quædam eorum ſint communis promiſcuiue generis, fœminini etiã, ſed & neutri, ut mulieris, pauperis, ſileris, aggeris.

¶ Es producta finita nomina genitiuo diei, aciei, luxuriei, faciei faciunt, excepto quies quanquam enim & hæc ante s i literam habeat, tamen quietis facit, requies uero requiei, adeo ut Maro quarto, Requiem, inquit, ſpatiũq; furoris, non re- *Quietis* *Requiei*

quietem, exceptis etiam rei, ſpei, fidei.

M. Valerius Cos.

¶ Exerciti genitiuo. Næuius belli Punici libro primo. M. Valerius conſul partem exerciti in expeditionem ducit.

Fici corporis uitium. *Martialis* *Ficus in nominatiuo plurali*

¶ Ficos uitiũ eſſe corporis, ꝓinde declinari debere quaſi pomũ. Martialis ĩ Lætilianũ iocãtis nobis occurrit exemplũ, nã ita loqͤ, Cum dixi ficus, rides quaſi barbara uerba, Et dici ficos Lætiliane putas. Dicemus ficus quas ſcimus in arbore naſci, Dicamus ficos Lætiliane tuos. ut ſic ἀσύνθετον dictum, quamuis quidam ficus uitium eſſe uelint, ut doloris quaſi ſonitus audiatur, ficos ut fagos, moros fagos, imnios Varronem dicere ſub F litera dedimus exemplum. Ficus Cicero de Oratore libro ſecũdo, De ficu ſuſpendit ſe. Varro quoq; de ſcenicis originibus libro primo

Ruminalis ficus

Sub ruminali ficu. Itaq; Plinius Secundus recte arborem ita dici ait, pomum uero per o literam dici. Fici. Ennius, Dulciferæ fici lactãtes ubere toto. Lucilius. Fici, inquit, comedũtur & uuæ.

¶ Felicium. Trium generũ nomina genitiuo plurali ante um i debent recipere, ut pernicium, audacium, ferocium. Alia illa regula eſt, quam ſub C litera diximus.

Fretus

¶ Fretus huius fretus, Porcius Lycinius, ut Plinius eodem ſermonis dubii libro ſexto refert, ſalſi fretus. Meſſala contra Antonii literas, Anguſtiæ fretus. Fretu, Cicero, A Gaditano, inquit, fretu. Auguſtus ad Antonium, fretu ceſſi.

Fabrum pro fabrorum *Seſtertium x milia.* *M. Scaurus contra Brutum re pec. Rep.*

¶ Fabrum pro fabrorum, ubi Plinius eodem libro ſexto, hoc recte, inquit, uſus & ſeſtertium inquit rot milia. M. Scaurus contra Brutum de pecuniis repetundis. Præf. fabrum.

Filiabus

¶ Filiabus, in teſtamentis ob diſcrimen ſexus, ait Plinius, dici conſueſſe, cum his tantum nominibus adiici ſoleat, quæ numero plurali es literis terminãtur, ut cupiditates, dignitates, uel quę us ut anus, manus, ſenatus, fluctus.

Febrim *Tuſſim, Sitim.*

¶ Febrim ut tuſſim, ſitim, ait Plinius, exceptis his tribus, cætera accuſatiuo in em exeunt.

Fonteis *Monteis*

¶ Fonteis, quorum nominum genitiuus pluralis ante um ſyllabam i literam merebuntur, accuſatiuus, inquit Plinius, per eis loquutus, montium monteis, licet Varro, inquit, exemplis hanc regulam confutare tentarit iſtiuſmodi, falcium falces non falceis facit, nec has merceis, nec hos axeis, lyntreis, uentreis, ſtirpeis, urbeis, corbeis, uecteis, nepteis. & tamen manus dat præmiſſæ regulæ ridiculæ, ut exceptis his nominibus ualeat regula.

¶ Funes

¶ Funes licet grammatici uelint genitiuis tam ſingulari q̄ plurali ſi i litera intererit accuſatiuū pluralem in eis exire, ut hic funis horum funium, hos funeis, quam regulam negat Plinius uires habere potuiſſe. Errant enim qui putant ea nomina quæ nominatiuo ſingulari & genitiuo per is terminabūtur, & gtō per ium loquutur, accuſatiuo funeis poſſe dicere, qđ negat Plinius.

Funes nō funeis

¶ Ferocior tanquā peior, melior ait Stilo in eis accuſatiuo poſſe proferri, ferocioreis.

Ferociores & ferocioreis

¶ Ferientium, ferienteis idē Stilo putat facere debere, ut docenteis, ſaltāteis. quoniam quæcunq; ſecum uerbi iura traxiſſent, ea accuſatiuis pluralibus, adiuuante re dumtaxat genitiuum pluralem in eis ſonare.

Ferientes & ferienteis.

¶ Facilioreis. Cæcilius, inquit Plinius, idem & ſanctioreis ait.

Faciliores Sanctioreis

¶ Fagus. Varro de gente P. R. primo. fagus φηγους uocant fagos. Caius Cæſar de analogia ſecundo. Fagos, populos, ulmos.

Fagos & fagus

¶ Falaridis, Cicero in Piſonem, ſed dicunt iſti ipſi, qui malo dolore bona uoluptate definiunt, ſapientem dicturum, etiam ſi in Phalaridis tauro ſuccenſis ignibus torreatur.

Phalaridis

¶ Fructi. Terentius in Adelphis. Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore fero. ubi Helenius Acron, & huius fructuis, ut ſenatuis ueteres extulerunt.

Fructus fructus & fructuis & fructi.

¶ Facili ab hoc facile ſi homo uocetur. facile ſi de re loquaris.

¶ Familiare ab hoc familiare, ſi de homine, familiari ſi de re.

¶ Forte ab hoc forte, Tullius Oratore, forti, ab hoc forti uiro, generaliter enim dicitur familiari pro familiare. Brutus ad Cæſarē. A Sceptio familiari meo. Cicero quoq; de diuinatione libro ii. in Aeſopo familiari tuo. Familiare ꝑ familiari. Varro ad Neronē Alare familiare. Familiare recte P. Rutilius de uita ſua libro tertio. pro L. familiare ueniebam. Pro fragili fragile uerti aut dici ablatiuo duntaxat caſu omnino non poteſt, quod in e proprium hominis nomen omnino non uertitur, ab hoc enim fragili dicimus & homine & negotio.

Forte & forti
Sceptius Bruti familiaris.
P. Rutilius de de uita ſua.
Lucius P. Rutilii familiaris.

¶ Felice à felice, defenſus felici die. feroce, à feroce adiutus, à feroci & agreſti homine proſtratum, nec enim ſunt communia, cū aliud ſit proprium hominis, aliud generale feritatis.

¶ Face ab hac face, qa nulli aut tenui ueſtigio poteſt eſſe cōe.

¶ Frus huius frundis, quod ſic ab Ennio eſt declinatum, annalium libro ſeptimo, rureſcant frundes non frondes.

Frus frundis

Fros frondis & non frontis. ¶ Fros ſine n litera ne faciat, inquit Plinius frontis, quaſi non dicatur niſi frons τὸ μέτωπον, quodq; ſe probare dicit, quoniã quum u non recipiebat ns, nec cum uertet in o, Varro rerum ruſticarum libro primo, ulmos & populos, unde eſt fros. Idem antiquitatum Romanarum libro xv. Fros fœnum meſſis.

Femur feminis ¶ Femini, Tibullus, implicuit femur femini non femori, quaſi ſit hoc femur huius feminis, Femen enim nominatiuo ut ſemen nec dum legimus á ueteribus adſertum,

¶ Fragmine. Maro. Nouo atq; ingenti fragmine montis.

¶ Gracile ab hoc gracile, ſi ſit hominis nomen, gracili ſi de re dicas.

Git *Giſti* ¶ Git. Varro ad Ciceronem xi. per omnes caſus id nomen ire debere commeminit, uulgo autem hoc giſti dicunt. Itaq; ut Plinius ſermonis dubii libro ſexto.

Gloſſemata ¶ Gloſſemata ut toreumata ἐνθυμήματα, νοήματα σχήματα poemata & his ſimilia omnia Varronis regula, inquit Plinius, datiuo & ablatiuo plurali in bus dirigit, quia ſingularis ablatiuus e litera finiatur, melior tamen ratio eſt, quam ſub A litera dedi. & ideo hæc eſt eiuſmodi ex alia formula genitiuum plu ralem, ex alia datiuũ ſumũt, horũ gloſſematũ his gloſſematibus.

Glis ¶ Glis. Varro ĩ Admirãdis. In ſylua mea eſt glis nullus. & Cato in originibus, ita eſt loquutus. quid enim hic gliris putant dici.

Glutine *Glutinum* *Dædalus inuentor glutinis* *Adoleſcere* ¶ Gluten. Maro. Et lentum de cortice gluten. & , Collectamq; hæc ipſa ad munera gluten, eſt autem quaſi ſemen, ſtamen. Glutine. Varro de bibliothecis, Glutine, inquit, è citro refecit quaſi ſemine ſtamine. Glutinum. Varro in Scauro. Glutinum, inquit, ferunt Dædalum inueniſſe, quaſi gaudium, præmium. Itaq; Saluſtius iſtius potius declinationis uſum ſecutus. Glutino, inqt, adoleſcebant, ut gaudio, premio.

¶ Hector & Mẽtor gtõ ſingulari ſonare debet, ut Neſtor & his ſimilia gręca dũtaxat. nec ut rector rectoris, ſed ut rhetor rhetoris

¶ Habilis ut agilis. is enim ſyllaba finita nominatiuo ſingulari & eundem debet habere genitiuum. ut nauis, auris, amnis. exceptis lapis, cinis, puluis, cucumis, cuſpis.

Hippocoon tis *Sinon nis.* ¶ Hippocoon, qa iſtud græcũ merũ nomẽ eſt, græca lege debet genitiui caſus ſeruare ratiõẽ. nã & Maro, Noſter exit inquit locus hippocoontis, nam & quia Memnonos & σείνωνος dicũt, nos quoq; eandem n in nominatiuo literam reſeruamus.

¶ Hebes hebetis,ut militis,ſegetis,comitis,teretis,& omnia quę es correpta terminãtur,gtõ tis ſyllaba finietur,exceptis reſidis,obſidis,deſidis,nominibus, quia ex uerbo generantur.

Reſes, Obſes Deſes.

¶ Hebem. Cæcilius in ὑποβολιμαίῳ ſubito r e ſt e reddẽt hebem.Ennius xvi.ubi Fl. Caper non ut adiunctiue,ſed appellatiue eſt locutus.

Hebem Fl.Caper

¶ Homo hóminis & caro carnis,& Anio Anienis, qđ præter formã,nec ut tyro,leno,Piſo declinãntur,debilia nuncupantur.

Homo inis. Caro nis Anio enis.nomina debilia ſunt.

¶ Heres heredis facit e litera ſubinflexa, ut Pericletis & Stratocletis.Quid igitur eſt quod grãmatici diffiniunt,es finita nomina nominatiuo ſingulari ſi ſint latina,in genitiuo flecti non poſſe.Videre non poſſum, niſi forte ea tantum putent quæ es correpta clũduntur,ut eques,pedes,obſes,ſales,teres.Teres autẽ teretis debet facere.

Heres redis Pericles cletis. Stratocles cletis

¶ Humile de homine aliquo,ut Pomponius Secundus,in cœna ex humile rege,humili ablatiuo, ſi res eſt.

Humile & humili.

¶ Herculi ꝑ herculis,& Vlyxi ꝑ huius ulyxis,inqt,dici cœptũ eſt,Plinius eodẽ libro vi. Quomodo regula,inqt,illa ſi gtõ ſingulari ους literis nomina finiẽtur græca,ut του Εὐμένους,τοῦ Διογένους,nr̃os quoq; huius Eumenis,huius Diogenis oportet ꝓferre,ut ſi τοῦ Εὐριπίδου,του Χρύσου,tũc demũ noſtros u ſubtrahere debere. Itaq; huius Euripidi,Chryſi debere cẽſere. & Fortis Achati,& Acris Orõti,ſed noſtra,inqt,ętas in totũ iſtã declinationẽ aboleuit,Achillis enĩ potius & Herculis & his paria ꝑs dicimus ἧπαρ,ἦμαρ,ἔαρ,ὕδωρ,κρέας,δέπας,κέρας,τέρας,ne apud ipſos quidẽ græcos rationẽ declinationis certã tenere potuerũt,

Herculi pro Herculis Vliſſi pro Vliſſis, Achilli pro Achillis. Euripidi pro Euripidis Oronti pro Orontis

¶ Irim pro iridem.Maro Aeneidos nono,Irim de cœlo miſit ſaturnia Iuno.cum conſtet omnia grææ figuræ nominatiuo ſingulari is ſyllaba terminata,genitiuo ſingulari is ſyllaba creſcere, licet Varro & Tullius & Cintius,ut de conſortio caſuum diximus huius Serapis,huius Iſis.

Irim pro iridem. Serapis Iſis

¶ Im pro eum,nã ita Scaurus in arte grãmatica diſputauit,im ques hunc eundem ſignificare conſueſſe,& declinari ita.Is,eius, ei,eum aut im,nũero plurali,ut eſt locutus Pacuuius in Medo, Ques ſunt ii ignoti, neſcio ques.

Im pro eum Ques pro qui

¶ Iuuenale ablatiuo e litera finietur, ſi homo ſic uocetur Iuuenali,ſicut ait Maro , Iuuenali in corpore uires ,etenim non perſona cenſetur.

Incolume

¶ Incolume, Cicero de gloria ſecũdo. Quo ſtãte & incolume. Pomponius quoq; Synephebis. Incolume illo.

Ibis & ibes in plurali. Aemilius Macer.

¶ Ibes, hæ ibes. Aemilius Macer. Tum ſacræ ueniunt cultoribus ibes. Idem. Altis ex urbibus ibes. Item, auxilium ſacræ ueniunt cultoribus ibes. ubi Plinius libro ſexto ſermonis dubii, Antiquorum, inquit, regula, quandoq; is nominatiuo ſingulari ſunt terminata, in es, plurali nominatiuo clauduntur.

Iubar

¶ Iubar, Plinius ait inter cætera etiã iſtud C. Cæſarẽ dediſſe præceptum, quorum neutra nomina ar nominatiuo clauſa, per datiuum ablatiuumq; ſingularis oſtendant, iubar tamen ab hac regula diſſidere. nam ut huic iubari dicimus, ab hoc iubare dicendum eſt, ut huic farri & ab hoc farre.

Spartacus innocens.

¶ Innocente. Varro de rebus urbanis tertio. Spartaco innocente coniecto ad gl ❀ um.

Impotente & impotenti

¶ Impotente, Catullus. Deperit impotente amore. quod itaq; dictum notat Plinius.

Inſequenti die

¶ Inſequenti, Aſinius Pollio ad Cæſarem, primo inſequẽti die.

Iugeris & iugeribus.

¶ Iugeris Atteius Philologus πιτάκιων iii ❀ , Sed & Cato his iugeris, ut notat Plinius eodem libro ſexto, Iugeribus quidã inquit grammatici Plinius ita dicendum putant, quaſi ſit hoc iuger, tanquam hoc tuber & ab hoc iugere, tanquam ab hoc tubere, & ita ut tuberibus, iugeribus. & tantum iugerum, Varro rerum ruſticarum iii. Iugerum agelli. & iugero uno cum dixerit. Idem in iugeribus multis, Sed & primo rerum ruſtrcarum, iugeribus ſæpe dixit, quod utiq; deſcendit iuger ut tuber.

Iteris & iteneris Hyginus grammaticus. Interpres Cinnæ propempticum. Leucadenſis Iſthmus. Actiũ pmont. Leucadienſis traductio. Corcura inſula Leucates promont.

¶ Iteris Iulius Hyginus in Cinnæ propemptico, Ab actio nauigãtes ſtadia lx. ueniũt ad Iſthmũ Leucadiẽſiũ ibi ſolẽt iteris minuendi cauſa remulco quẽ græce πα ❀ dicunt nauẽ traducere. Pacuuius quoq; iteris dixit, quod genitiuo plurali una ſyllaba debet ❀ q̃ eſt nominatiuus ſingularis. Itener, Idem in eadẽ, Quærunt, inqt, etiã nõnulli q̃obrem eius cura iubeat Actio nauigare, quod eſt ẽ regione traductiõis Leucadienſis, & rurſus ab Actio circa inſulã moneat ire, q̃ à Corcura rectum itener ad Leucatam. quidam tamen ſic iſtud notant, quaſi ſit unum ac nouum duabus ſyllabis creſcens.

Imber September October Nouember December

¶ Imber ut ſeptember, october, nouember, december, pater, mater, frater, equeſter, quandoq; nec conlationem recipiunt, nec in neutri generis cadũt formã, ut Plinius eodẽ libro ſexto loqtur,

non is caſu nominatiuo, numero ſingulari, ſcilicet in er debent uocis exitum ducere.

¶ Iurum, Cato originum ſeptimo. Iurũ legumq́; numero plurali tantummodo per nominatiuum & accuſatiuum & uocatiuum declinetur, ut maria, rura, æra, iura. *Maria, Rura, Aera, Iura tres tantum caſus habent.*

¶ Lepus leporis, lupus lupi, quod us finita nomina maſculina & fœminina per i aut per us, aut per is faciunt genitiuũ, neutra per is. excipiuntur in maſculinis ligus, uetus.

¶ Laterale an laterare, ubi Plinius eodem libro ſexto, ſi u litera præceſſerit, in qua tãq̃ ſyllaba ſequi debeat, ut augurale. cõtra ſi l præceſſerit ſequi debet r, ut molare. quod περὶ ὀρθογραφίας congruit quæſtionibus copulare. *Laterale non laterare.*

¶ Later an lateris, & huic nominatiuum ſingularem ablatiuus reſtituet ſingularis, ſi e literam ponã. Varro de ſermone latino v. Later lutum agmenta. *Later lateris*

¶ Lacer an laceris, ut tener, puer, ultimam enim uocalem ſi ablatiuus amiſerit dabit ſcire qualis eſſe debeat ntũs. Ouidius, Mille lacer ſpargere locis, quod ita dici ſolet. Cæſar de analogia libro ſecundo, necnon & Valgius de rebus per epiſtolam quæſitis. *Valgius de rebus per epiſt. quæſitis.*

¶ Laurus. Maro, Inter uictrices hederam tibi ſerpere laurus. Idem. Numinaq́; lauruſq́; dei. Idem. Et ſacra redimitus tẽpora lauro. Lauri. Maro, Et uos ó lauri carpã. Idem. Illũ etiã lauri etiã fleuere myricæ. Idem. Munera ſunt lauri. Lauro. Maro. Facie'mq́; ſimillima lauro. ſed ablatiuũ ſingularem datiuo non non habet ſimilem, ait enim Plinius huic lauro, & tamen ab hac lauru & lauruum facere. *Laurus in gtõ laurus & lauri*

¶ Lar ſi familiaris erit, genitiuo laris, ſi Tolumni Porſennæ lartis. *Lar laris Lar lartis*

¶ Meus, mei, meo, meum, mi, à meo. Fœmininum mea, ut Helena declinabitur, inquit Scaurus artis grãmaticæ libris, additq́; quod uocatiuus ſingularis generis maſculini multos diſſidẽtes etiam nunc generat, o mi an o meus facere debeat.

¶ Memoris nõ ut ſororis, prætoris, doctoris, eſt enim e neutrũ, cum ſit cõmune trium generũ, ut ſub A litera plenius diximus.

¶ Mugil an mugilis. Plinius eodem libro ſexto, hic mugil, inquit, & uigil, ablatiuus enim ſingularis detracta prima ſemiuocali, qualem oporteat nominatiuum ſingularem eſſe dinoſces, *Mugil non mugilis.*

ut ab hoc conſule. Mugilum aut mugilium, ut uigilum & pugi-lum, mugilum quoq; dici putato, propterea itaq; ablatiuus ſin gulatis non i ſed e litera terminari.

Molli nunq̃ per e ablatiuo ſingulari euadat, quod propriũ id nomen hominis eſſe non poteſt.

Mars Mars. mars horum martum, inquit Plinius, facit, licet ſors ſortium & nox noctium faciat. quoniam quæ in duas ſemiuoca les aut in duplicem monoſyllabam nominatiuo exeunt, hæc ge nitiuo plurali ante um i literam habere debent.

Murum pro murium. Murum, Cicero de deorum natura libro ſecũdo. Nec enim homines murum aut formicarum cauſa frumentum condunt. Vbi Plinius eodem libro ſexto, Pro murium, inquit, quoniam non ut fures furum, & augurum & celerum dicimus, itaq; mu rum cenſere debemus. Quæcunq; enim in r litera nominatiuo ſingulari ſunt terminata, oportet ea genitiuo plurali um non

Trogus de animalibus. ium recipere debere. Itaq; Trogum de animalibus libro deci-mo, parium numerorum & imparium non recte dixiſſe, ſed pa

Parium an parũ rum & imparum.

Mare & mari. Mare. Varro de gente P.R.iii. A mare operta oppida, pro à mari, ut refert Plinius. Idem inquit antiquitatum humana-

Erythrũ mare rum libro xii. Ab erythro mare orti, & in Fundanio, In mare aquam frigidam oriri. Atacinus quoq;. Cingitur oceano libyco mare flumine Nilo. Conſuetudo uero per i locuta eſt contra finitionem quam ſub titulo ruris dixit Plautus in Ciſtellaria, Secundo uento uecta eſt tranquillo mari.

Myſis o myſis Myſis o myſis. Terentius, ut o crinis, funis, cinis, græci demũt s literam, noſtri parem nominatiuo cuſtodiunt.

Monteis & montes. Monteis, licet Pomponius Secundus poeta, ut refert Pli-nius, propter homonymum nominatiui, accuſatiuo caſu omnis

Omneis & omneis. non putat dici ſed omneis, tamen idem Plinius in eodem per-manet dicens, omnes tum demum poſſe dici accuſatiuo ut canes, quod genitiuus pluralis horum canum, ante um i non habet.

Maioreis Maioreis. Cicero ut Plinius eodem libro notat maiores, ſi ab his homineis proprio nomine minoreis re non negotio, at qui ferunt quæcunque comparatiui gradus ſunt, ablatiuum i finiri non poſſe.

Mantus. Maro, Fatidicæ mantus, ut didus.

¶ Natale, ab hoc natale per e, ſi homo ſit. Natalis ſi dies natalis ſit. *Natale & li*

¶ Nobile ſi homo uocetur ❀ nobili ſi res ali qua prædicetur. *Nobile & li*

¶ Nauali per i ablatiuo, non etiam per e proferri debet. Itaq; Varro epiſtolarum quæſtionum libro primo. Corona, inquit, nauali, quod & homini & negotio aptari poteſt, nec tamen in proprium hominis nomen cadunt. *Nauali corona*

¶ Neminis. Plautus in Captiuis. Neminis miſereri certum eſt ❀ nominatiuo ſingulari ſi termine-tur genitiuus pluralis ante um i recipiat neceſſe eſt. Itaq; Cicero, rationis memor parentium ſæpe dicit. Fronto pro Ptolomeenſibus parentum tuorum, ut ait Plinius, alias poetarum ui cem quæ regulam ſatis idoneam ſopierunt. *Neminis* *Parentium pro parentum* *Ptolomeenſes*

¶ Nobile. Cicero de iure ciuili, aliquo excellente ac nobile uiro ❀ id etiam Plinio conſerente. *Nobile uiro*

¶ Nobiliore. Comparatiua Plinius e putat ablatiuo finiri ❀ tamen ait per i, locatos quippe faſtos omnes & libros à Fuluio nobiliori ſcripta retuliſſe. *Fuluius Nobilior.*

¶ Os monoſyllaba extra analogiam eſſe, Plinius eodem libro ſexto ſcribit, & addit eo magis conſuetudinem in eo eſſe retinendam Titinius uelim. ego oſſe ararē campum cereum. Varro quoq; oſſe, inquit, ſcribebant, non oſſo. oſſum dici non poteſt, quoniam neutrale nomen quodcunq; ntō ſingulari in litera ter minatur, in bus ſyllabā datiuo & ablatiuo plurali dari non poteſt, ut aptum, bonum, cauum, datū. Gellius tamen libro xxxiii. Caluariæq; eius, inqt, ipſum oſſum expurgarūt, inaurauerūtq;. *Os oſſis* *Stilus oſſeus.* *Oſſum dici non poteſt.*

¶ Oſſu quidam ut ueru, genu, putarunt, inquit Plinius eodem libro ſexto, poſſe cenſeri. nā ut ueribus, genibus, oſſibus quoq; poſſe dici manifeſtum eſt. *Oſſu ut genu*

¶ Os oris. Omne enim s litera terminatū nomen neutri gene ris eſt, non poteſt in declinationem cenſeri, nō per r literam ſtre pere ut idem Plinius eodem libro ſcribit, nec addidit, licet ōs corporis correptius diceretur, os uero facies ꝓductius diceretur. *Oſcen &* *Omne & omni*

¶ Oſcen augurium conſuetudo dicit. Cicero tamen, inquit Pli nius, de auguriis, & hic oſcinis dixit.

¶ Omnis ab omni, nec etiam ab omne dicemus, ꝙ nec hoc in nomen hominis cadit.

Oſſo. Varro ad Ciceronem xiii. Oliuo & oſſo, putat inquit fieri Plinius ſermonis dubii libro ſexto.

Orbe & orbi
P. Rutilus de uita ſua.

Orbi pro orbe, apud Ciceronem de Rep. libro v. orbi terrarum comprehenſos. Sed & P. Rutiliũ de uita ſua quinto. Ex orbi terrarum, & frequenter Santra ita locutos, ut Plinius eodem libro ſexto notat, quia conſuetudo melior, inquit, quæ facit ex orbe non ſine ratione in nomine iuri dominis.

Omnes & omneis.

Omnes, Saluſtius in Catilinam. Omnes P.C. qui de rebus dubiis conſultant ab odio amicitia, ideſt omneis. Idem in eodẽ. Omneis homines, qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animalibus. Quod ratione potius eſſe ſubnixum, ſub F & ſub M litera poterit oſtendi, ſed Aſper ſi ✿ inquit omnium i literam natura retinet, & in accuſatiuo eſſe ſeruandam.

Aſper in Saluſtium.
Poematis an poematibus
Annæus Florus

Poematis quamuis ratio poematibus faciat, nam & inſcribit Varro libro ſuo de poematis, Anneus Florus ad diuum Hadrianum poematis delector.

Pecus penoris
Pecus pecudis
Penus

Pecus ſi neutri ſit generis, pecoris dicitur. pecudis, ſi fœminini, pecudem, Plautus in Trinummo. Ob meam ſcripturam pecudem cepit ✿

✿ Careo tam pulchra penu. Penus peni ſi fœmininũ penoris ✿ neutri ſit ut quidam putant.

Pometa

Pometa ubi poma gignuntur, ut olīueta. Poma.

Pubes & pubis & puberis

Pubes ſi uerendorum pars aut lanuginis ſignificabitur, genitiuus pubis facit, ſi iuuentus aut ætas puberis ✿ utriuſq; nominis Maro meminit. Haud aliter pubeſq; tuæ pubéſq; tuorum, & cum in ✿ Pubetenus poſtrema immani corpore piſtrix, compoſitio tamen impubis nõ impuberis, ut ait Maro quinto, Comitéq; impubis Iuli ευρύτιλεν uocat.

Pataui. Maro. Ille urbem Pataui pro Patauii. par enim genitiuus nominatiuo nec minor, ut huius imperii & ingenii.

Pecu

Pecu. Plautus in Bacchidibus, paſtor harum dormit, cum autem eunt à pecu halitantes. Idem in Rudente, Nõ uides me referre auidum rete ſine ſquamoſo pecu.

Patruele non patrueli

Patruele. ab hoc patruele. Cornelius Nepos illuſtrium uirorum libro xvi. A fratre patruele, inquit, rem neceſſitudinis ſed perſonam oſtendat.

Luciũ an lucũ
Monoſyllaborũ nulla certa regula

Pacium an pacum, & lucium an lucum dubitari etiam nunc ait Plinius, quoniam nec finitionẽ ullam in monoſyllabis, inqt,

grammatici temptauerunt. nam ut fax, fex, nux, crux, rex, lex, ſine i genitiuo plurali ſunt dictitanda, ita contra, nox, falx, ſalx, arx, lanx, cum i pronuntianda ſunt.

¶ Panium, Cæſar de analogia libro ſecundo dici debere ait. Sed Verrius contra. nam i detracta panum ait dici debere, neutrũ autem puto poſſe dici, quia de iis eſt nominibus, quæ cũ pondere, numero, menſuráque conſtant, ſemper ſunt ſingularia. *Panum*

¶ Partum. Cæſar in analogicis. harum partum Cornelius Nepos in illuſtrium decimoquinto. & Ennius, Iam ꝑ ferè quatuor partum, quoniam ab hac parte facit, & has partes, ſed conſuetudo, inquit Plinius, ut pregnatium, optimatium. *Partium an partum*

¶ Poematorum, & in ſecundo & in tertio idem Varro adſidue dicit, & his poematis, tanquam nominatiuo hoc poematum ſit, & non hoc poema. nam & ad Ciceronem xi. horũ poematorum & his poematis oportere dici. Itaque Cicero pro Gallio poematorum, & in oratore poematis dixit. Sed & Q. Lælius ex principibus grammaticis librum ſuum ita inſcripſit. De uitiis uirtutibúſque poematorum. Accius quoque Didaſcaliorum ix. Nam q̃ uaria ſunt genera poematorũ Bæbi, quámq; lõge diſtincta, ab aliis noſce. *Poematorum & poematum* *Poematorum uaria genera. Bæbius.*

¶ Quies quietis facit, cum es finita nomina genitiuum ei ſoleant terminare, ut dies, acies, luxuries, quod tamen nomen iuncta præpoſitione in regulam rediit, ut Maro, Requiem ſpatiũq; furori, q̃uis Cicero requietem dixiſſe memoretur. *Quies, quietis. Requies quiei Requ etem Cicero dixit.*

¶ Rudi, nec hic ablatiuus in e mutauit, quoniam non cupit eſſe nomen proprium hominis, & quia res eſt, ut à rudi animo. Rude ab hac rude, ſi de qua ludimus, ait Plinius, merito e litera claudi debet, Itaq; & ab hac, inquit, ſumma rude dici debet. *Rudi nõ rude. Rudis ab hac rude quam laniſta gerit.*

¶ Retium non retum, quoniam, ut ait Plinius, ſermonis dubii libro ſexto, genitiuus nunquam pauciores ſyllabas habet q̃ nominatiuus. *Retium non retum*

¶ Radicium, Varro rerum ruſticarum primo & tertio, & Fabianus de animalibus, Radicum genera, inquit. Hyginus quoque de agricultura ſecundo, Ab extremis radicũ partibus, quod magis cum ratione dici, leges ſub C litera, *Radicium & radicum. Hyginus de agricultura.*

¶ Rure, Terentius in Eunucho. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Itaque & Varro ad Ciceronem xxii. Rure ueni, quem Plinius ad eundem xi, rure ordinatum arbuſtũ dixiſ- *Rure & ruri.*

ſe laudat.Sed & Terentium in Adelphis filium negat eſſe rure. ſed & Titiniũ in Hortẽſio.In foro aut i curia poſita potius quã rure apud te incluſa.Cũ nemo dubitet, tamẽ & ſi nulla poſſit eſſe nominis regula certior,& inſignis tamẽ aduerbialibus nõ po teſt nominibus eſſe commune,quia enim finitio iſtius ſit eiuſ/ modi,quæcunq; nomina genitiuo ſingulari in is uenerint, abla/ tiuum ſingularem in e uenire , tamen contra ruri agere uitam perparce ac duriter ſeſe habere Mitionẽ Terẽtius in Adelphis loquentem de fratre commeminit non rure.

Rudis inſigne laniſtarum

¶ Rudis ſiue ſpecies quam laniſta liberandis gladiatoribus ge/ rit,ſiue imperitus,eundem ntm̃ habent,licet diuerſos ablatiuos, ſumma rudi , Item Plinius eodẽ libro ſexto ablatiuus ab hac rude ſumma,rude à rude homine,à rudi animo,à rudi cõſilio.

Salutare

¶ Salutate ab hoc ſalutare ſi homo ſic uocetur , ſalutari ſi res ſit ut eſt medicamentum.

Sodalis & ſodale.

¶ Sodale ſi homo ſit,ſodalis ſodali ſi res ſit.

Secularis &

¶ Seculare ſi homo ſic uocetur,ſeculari ſi temporis.

Saguntinorum & ſaguntium

¶ Saguntinorũ,Cælius.Sagũtium,Saluſtius.ut Paulus in Cælii hiſtoria libro primo notat.

Suaue & ſuaui

¶ Suaue à ſuaue imitatus ſum,à ſuaui uita.

Senatuis
Senatus
Senati

¶ Senatuis ut fluctuis,ita genitiuum,inqt Plinius,declinabãt, ut G. Fannius Cos.contra G.Gracchum,Senatuis conſulta.Se nati Saluſtius.Senati decretum fit ut lauri.Cicero quoq; de di uinatione in Verrem.Et quod Oppio ii Senati.

Suppellectilis an ſuppellex

¶ Suppellectilis genitiuus una ſyllaba creſcere debet , excepto hoc nomine & quod datiuo minor eſſe non debet,& quia no/ minatiuus in x litera quæ duplex eſt terminatur.

Saturnalium

¶ Saturnalium . A litera finita ntõ plurali alia um , alia rum terminabuntur,inſpiciendus itaq; nobis eſt datiuus & ablatiuus plurales,in is ſyllabam an in bus exeant.Itaque fulmina fulmi num,lupanaria lupanarium, ſaturnalia ſaturnalium. bus enim ſyllaba datiuus & ablatiuus clauduntur,balneorum uero & fer reorum ideo dicimus,quod eorum datiui & ablatiui non bus ſed is terminantur. Secũda ratio qua Plinius ait Valgium niti talis eſt , Nomina ſemper pluralia , ſi ante nouiſſimam a li/ teram i habebunt , depoſita a & aſſumpta um facere genitiuos plurales,ut liberalia,floralia, liberalium, floralium . Sin autem ante a i non habebunt , in rum faciant neceſſe eſt genitiuum.

Valgius de reb. per epiſtolam quæſitis
Liberalia liberalium
Floralia lium.

Itaq; exta, caſtra, extorum caſtrorúmque facit.
Caſtra caſtrorũ

❡ Sinapi huius ſinapis tantum poſſe dici aiunt, quibus curę eſt grammatica, cæteros uero caſus eſſe ſimiles ſingulari nominatiuo, ut gummi guminis.
Exta extorum *Sinapi ſinapis.* *Gummi gũmi.*

❡ Siremps tantum per nominatiuum & uocatiuum declinatur, ſiremps ut tabes & pluris, ab hac ſirempſe, plure, tabe, cæſare, ergo legere maluerint, ſimiliter lex eſto.
Siremps *Sirempſe*

❡ Senex ſenicis facere deberet. ex enim ſyllaba finita nomina, gtõ aut gis, aut cis recipiunt, ut uertex uerticis, ſimplicis, ſupplicis, duplicis. eſt ergo de exceptis ſenex, ſenis nanq; facit.
Senex ſenicis an ſenis

❡ Suppellex, & hæc inter excepta eſt præter regulam ſupraſcriptam notandam grammatici putauerũt, nam ſuppellectilis facit, gis autem finiuntur, ut gregis, regis, remigis.
Suppellex *Suppellectilis*

❡ Strix auis dicitur, & declinatur ſtrix, ſtrigis, ſtrigi, ſtrigem, ó ſtrix, à ſtrige.
Strix quid

❡ Sinapis. Plautus in Pſeudulo, Teritur ſinapis ſcelerata, quot illi qui terit priuſq̃ contriuit, oculi ut extillent facit.
Sinapis

❡ Suppellex quoſdam nominatiuo hæc ſuppellectilis poſſe dici tentaſſe retulerunt, ne genitiuus duabus ſyllabis creſceret, ſed nec dũ nobis idoneũ proin loquẽtis occurrit exemplũ, aut ancipes & præcipes, quod uetuſtas cum ratione rancidum protulit.
Ancipes *Præcipes*

❡ Scnema quaſi monoptoton ſit, proinde declinaſſe Cæcilius in ἀρπαζομένῳ denotatur. Vtinam, inquit, te ſine ſchema ſine cruribus uideam, pro ſchemate. Plautus in Amphitryone. Huc ego proceſſi cum ſeruili ſchema.
Schema

❡ Spino ab hac ſpino. Maro. Edurámq; pirum & ſpinos. Spinu ab hac ſpinu. Varro. In Aſia ſylaxe ex ſpinu alba præfertur, quod purgationis cauſa adhibetur,
Spino, Spinos *Spinu, Spina*

❡ Triſti ab hoc triſti, nec poteſt in e moueri, quod id quoq; in hominis proprium nomen non poteſt cadere.
Triſti in ablatiuo cur, & non triſte.

❡ Tus, aut lus nominatiuo ſingulari producto finita nomina non recipiunt i ante um genitiuo plurali. ut uirtus, ſalus, palus, quoniam nec accuſatiuus is ſed es recipit.
Virtuteis *Saluteis* *Paludes in accuſatiuo plurali non dicimus*

❡ Turbo turbonis, ſi propriũ ſit hominis nomen, Turbinis, ſi procellam uoluerimus exprimere. aut in eo, inquit Plinius, qui eſt in lucu puerorum. Sed Cæſar de analogia ſecundo, turbonẽ non turbinem etiam in tempeſtate dici debere ait, ut caro caronis, non ut homo hominis.
Turbo turbonis & turbinis in quo differunt *Caro caronis*

Tanaidis in gtõ *Tanais*

❡Tanaidis. Varro antiquitatum humanarum xiii. non huius tanais,ut Tiberius,inquit Plinius.

Titanes & titanas *Pæanes non Pæanas*

❡Titanas, ubi Plinius nec pæanas accuſatiuo,inquit,recte dicimus, nullum enim nomen accuſatiuo plurali in as uenit, niſi quod nominatiuo plurali in æ ſonabit.

Turben turbinis

❡Turben,Tibullus,Nanq; agor ut perplena citus ſola uerbere turben,quem Maro ſeptimo turbonem uocat, Tortus ſub uerbere turbo,& ita putãt dici debere hic turben,quia & homo & tempeſtas & buxum eodem poſſint nominatiuo perhiberi.

❡Tu.Quidã hunc nominatiuum nõ per eandem aliis uiam rationémue duxerunt,ſed ita,Tu,tis,tibi,te,tu,à te.hi uos,ueſtri, uobis,uos,ó uos à uobis.

❡Te ablatiuo,clam te eſt,at quin Plautus in Mænechmis clàm uxorem eſt,niſi forte clam accuſatiuo & ablatiuo poſſit aptari.

Torques

❡Torques hic & hæc torques,ut hic & hæc canis,à Lucilio libro primo dictas legimus.ita dixiſſe ueteres Caper his exemplis docet.Næuius Cypriæ Iliados libro primo.Collum marmoreũ torquis gemmata coronat.

Teſtu

❡Teſtu ut genu.Flauius Caper ueteres ait ſolitos.Mumius in Atellana.Iunius ad ſpectacula eſt uidere in teſtu, quantum ſit caput.Afranius.Indignũ uero dici ſolet teſtu,at Maro teſtã dixit

Torcular an torculare

❡Torcular.Afer pro Taurinis. ſed torculare dici debet, quod gtõ a litera producitur.non ut iubaris,lucaris,ſed torcularis.

Tores pro torques

❡Tores. Seruilius,ut etiam Flauius Pomponianus notat,aureus tores pro torques.

Cynnæ Smyrna. *Tabis an in gtõ caſu dici poſſit.* *Tabes tabe* *Plures plure* *Siremps* *Sirempſe*

❡Tabis huius tabis Cynna in Smyrna dixit,nullo ante ſe uſus auctore,quomodo per nominatiuum & ablatiuum tantummodo declinari poſſe grammatici pronuntient, proin ab hac tabe ut plure, ſirempſe, cum ſit eorum nominatiuus tabes, plures, ſiremps.

Tergum tergi. *Tergus tergoris*

❡Tergum dorſum,hoc tergum,gi,go.pluraliter hæc terga, tergorum,at uero tergus huius tergoris facit,& hæc tergora, horũ tergorum correpte, Virg. tamen contrà terga boum dixit, & in nono.Hinc raptas fugientibus ingerit haſtas, In tergus.quibus exemplis impunitas etiam illis datur qui putant tergum hominis,tergus uero pecoris nominare.

Vera an uerua *Tonitra an tonitrua.*

❡Vera rectius dicimus & teſta,q̃ ut genua,cornua,nam & tonitra an tonitrua dici debeant diſſidetur. Vs literis finita neutri

generis

generis,genitiuo adæq; ſingulari ris finiuntur,ut operis,oneris, exceptis uulgo & pelago, quod interdum uulgus maſculini generis fit,pelagus commune cum græcis. *Vulgus gi. Pelagus i.*

ℭ Vitale ab hoc uitale, ſi hominis proprium nomen ſit,recte dicemus,uitali,ſi res aliqua dicatur. *Vitale & tali.*

ℭ Vtile ab hoc utile nomini proprio debetur, utili ſi rem aliquam uelimus oſtendere. *Vtil. & utili*

ℭ Veſtale.Nepos exemplorum ſecundo. A uirgine ueſtale, inquit,pro ueſtali,quia non perſonam ſed rem ſignificat. *Veſtali cur & non ueſtale*

ℭ Venali per i , non etiam per e ablatiuus eſt finiendus,quoniam & de homine,inquit Plinius,dicimus & de negotio. *Venali cur & non uenale.*

ℭ Veloce,à ueloce honoratus,à ueloci uero equo ſuperatus. *Veloce & ci.*

ℭ Vas huius uaſis , ut huius uadis. Itaque genitiuus pluralis horum uaſuum. *Vas uaſis uaſuum.*

ℭ Vaſi genitiuo ſingulari.I finita nomina gtō plurali rum ſyllaba capiunt,uaſorum,& nominatiuus erit hoc uaſum . Pluralis utriſq; communis eſt,hæc uaſa. *Vaſum uaſi*

ℭ Volucrium.Cicero de finibus bonorum & malorum,necnō & Fabianus cauſarū libro ſecundo & tertio. Volucrum,Mœcenas in dialogo ſecundo,& conſuetudo ut idem ait Plinius. *Volucrium & uolucrum. Mæcenatis dialogi.*

ℭ Vectigaliorū.Cicero ad Atticū,at enim in ratione conſiliorū ſuorum, ſed & de lege agraria uectigalium.at uero Varro de bibliothecis ſecundo uectigaliorum.& Aſinius Pollio uectigaliorum reip.curam eſſe habendam. Vectigaliū.Meſſala , de uectigalium Aſiæ cōſtitutione.P.quoq; Rutilius de uita ſua lib. iiii. Scaurus libro tertio.Vectigalium ſe minus fructos. *Vectigaliū & uectigaliorum Aſiæ uectigalia.*

ℭ Volgus huius uolgus . Varro antiquitatum diuinarum xv. Volgus rumorem. *Vulgus huius uulgus*

ℭ Vulgu huius uulgu . Oppius de uita Caſſii . Idem de uita prioris Africani opinante. Varro hebdomadon ix . à uulgu condemnaretur. *Vulgu huius uulgu*

ℭ Vetere. uetere uino . Varro de actionibus ſcenicis tertio, non ueteri. *Vetere non ri.*

ℭ Volucris non uolucer, ſed ut equeſter ait Plin. dici debere. *Volucris non uolucer.*

ℭ Vnguis.Licinius Caluus in poemate.Vaga candida nympha quod ſecet ungui. *Vulgui ī ablt̄ō*

ℭ Vulturis.M.Aemilius Scaurus,cōtra Quintū Cæpionē actione ſecunda . Nefarius uulturius, patriæ parricida . Cicero in *Vulturius*

Piſonem. Vulturius illius prouinciæ. Idem in eadem. Scaurus uulturius Reip.

ℭ Vultur. Maro Aeneidos ſexto, Immanis uultur adunco roſtro, ut turtur. Vulturus. Ennius. Vulturus in ſpineto ſupinū mandebat homonem.

ℭ Finis libri de Analogia.

ℭ Incipit de Ablatiuo Caſu.

Comminianus grammaticus

ℭ Ablatiuus caſus ſingularis, ut ait Comminianus grammaticus, quinq; uocalibus terminatur a, e, i, o, u. Semiuocalibus duabus n & s, exceptis pronominibus, ut ab eodem & ab hoc, & nominibus appellatiuis monoptotis, ut neq̃, nugas.

Genitiuus pluralis unde formetur.

ℭ Quæcunq; nomina a aut o productam habuerint, ea gtō plurali rum ſyllabam adſumunt, datiuo & ablatiuo is, ut ab hoc Catilina, horum Catilinarum, his & ab his Catilinis.

ℭ Item ab hoc docto, horum doctorum, his & ab his doctis. Quæ e finientur, ea producentur aut corripientur. Quæ producentur, ea genitiuo plurali rum ſyllabam adſumunt. Datiuo & ablatiuo bus, ut ab hac re, harum rerum, his & ab his rebus. Quæ corripiunt, ea amiſſa e ultima genitiuo plurali um ſyllabam adſumunt, datiuo & ablatiuo bus, ut ab hoc pariete, horum parietum, his & ab his parietibus. Sunt autem quæ commutant declinationem prædictam, & genitiuum pluralem in ium faciunt, ut ab hoc fonte, horum fontium, his & ab his fontibus.

ℭ Quæ u finiuntur, ea ad integram formá genitiuo plurali um ſyllabam adſumunt, datiuo & ablatiuo bus, ut ab hoc uerſu horum uerſuum, his & ab his uerſibus.

ℭ Quæ i finientur, ea genitiuo plurali um adſumunt, datiuo & ablatiuo bus, ut ab hoc agili, horum agilium, his & ab his agilibus, quæ detracta s litera & adpoſita a, neutrum genus ex ſe facient, ut hæc agilia.

Neq̃ Nugas.

ℭ Quæ m & s habuerint, ea & in plurali numero monoptota, ut neq̃, nugas.

ℭ Aliis de ablatiuo caſu & catholicis eius obſeruationibus ita placuit diffinire. Ablatiuus caſus numeri ſingularis, obſeruata

nouiſſima ſyllaba literaue facilem monſtrabit, quomodo declinare pluralem numerum debeamus.

Nominatiuus Accuſatiuus Vocatiuus plurales ad regulam redacti.

¶ Nomina quæ ablatiuo caſu numero ſingulari a litera finiuntur, adiecta e litera faciunt nominatiuum & uocatiuum pluralem, ut ab hac muſa, hæ muſæ & o muſæ. remota autem e litera & adpoſita s, faciunt accuſatiuum pluralem, ut ab hac muſa, has muſas, ſi remoueas s literam & adponas rum ſyllabam fiet genitiuus pluralis, ut ab hac muſa, harum muſarum, ſublata autem de ablatiuo ſingulari a nouiſſima litera & adpoſita is ſyllaba fiet datiuo & ablatiuo plurali, ut ab hac muſa, his & ab his muſis, nam deabus & filiabus, & quicquid huiuſmodi eſt, diſcernendi ſexus gratia, contra rationem receptum eſt.

¶ Nomina quæ ablatiuo caſu, numero ſingulari e litera producta finiuntur, adiecta s litera faciunt ſimiliter producta nouiſſima ſyllaba nominatiuum & accuſatiuum & uocatiuum pluralem, ut ab hoc aut ab hac die, hi aut hæ dies, hos aut has dies, & o dies, remota s litera & adpoſita rum ſyllaba, fiet genitiuus pluralis, ut ab hoc aut ab hac die, horum uel harum dierum, ſi remoueas rum & apponas bus ſyllabam, datiuum & ablatiuum pluralem facies, ut ab hoc aut ab hac die, his & ab his diebus.

¶ Nomina quæ ablatiuo caſu, numero ſingulari e litera correpta finiuntur, tam genere maſculino q̃ fœminino adiecta s litera, nominatiuum & accuſatiuum & uocatiuum pluralem faciunt, interdum producta ultima ſyllaba, ut ab hoc & ab hac diuite. hi & hæ diuites, hos & has diuites & o diuites.

¶ Interdum correpta ultima ſyllaba nominatiuum & uocatiuũ pluralem faciunt, ut ab hoc Daphnide & ab hac Bacchide, hi daphnides & hæ bacchides, o daphnides & o bacchides. nam accuſatiuus hos daphnidas & has bacchidas facit. Sed hæc in græcis nominibus obſeruari neceſſe eſt.

¶ In neutrali uero genere ablatiui ſingularis ultimam e literã in a literam uertere, & fiet nominatiuus, accuſatiuus, uocatiuus pluralis, ut ab hoc ore, hæc ora & o ora, genitiuum pluralem in omni genere, ablatiuus ſingularis correpta e litera finitus parimodo faciet, mutata e litera, aut in i conuerſa adieceris um ſyllabã, ut ab hoc & ab hac paupere, horum & harum pauperum,

ab hoc & ab hac dite, horum & harum ditium, ex hac eadem ſpecie ablatiui ſingularis,ſi e litera in i uertas, & adiicias bus, ſyllabã,pari modò in omni genere fiet datiuus & ablatiuus pluralis,ut ab hoc hoſpite,& ab hac matre,& ab hoc ore,his & ab his hoſpitibus,matribus,oribus.

℃ Nomina quæ ablatiuo caſu numero ſingulari i litera finiunt genere maſculino & fœminino, ſublata i ultima & adpoſita s ſyllaba producta, faciunt nominatiuum & uocatiuum pluralẽ, ut ab hoc & ab hac agili,hi & hæ agiles & o agiles,nam accuſatiuus iuxta regulam manente i litera debet enuntiari,hos & has agilis,ut eſt omnis homines,ſed eum ad nominatiui & uocatiui formam conſuetudo tranſduxit.

℃ In neutrali autem genere,ad ſingularem ablatiuum adiecta a litera fiet nominatiuus,accuſatiuus, uocatiuus pluralis. ut ab hoc agili,hæc agilia,& ó agilia,genitiuum uero pluralem in omni genere pari modo facies, ſi adiicias um ſyllabam ablatiuo ſingulari, ut ab hoc & ab hac agili, horum & harum agilium.

℃ Item in omni genere datiuum & ablatiuum pluralem facies ſi ſingulari ablatiuo adiicias bus ſyllabam, ut ab hoc & ab hac agili, his & ab his agilibus.

℃ Nomina quæ numero ſingulari,caſu ablatiuo o litera finiantur genere maſculino,ſublata o & adpoſita i, nominatiuum & uocatiuum pluralem facient, ut ab hoc Scauro, hi ſcauri & ó ſcauri .Accuſatiuum autem pluralem facies, ſi ablatiuo ſingulari adieceris s literam, ut ab hoc ſcauro, hos ſcauros. In neutrali uero genere ſi ablatiuo ſingulari ſublata o nouiſſima a literam ponas, fiet nominatiuus,accuſatiuus,uocatiuus pluralis, ut ab hoc templo, hæc templa,ó templa.Pari autem modo & maſculino & neutrali genere fiet genitiuus pluralis,ſi ablatiuo ſingulari adiicias rum ſyllabam, ut ab hoc ſcauro,horum ſcaurorum, ab hoc templo horum templorum. Datiuus quoq; & ablatiuus pluralis & maſculino & neutro genere pari modo fiet, ſi ablatiuus ſingularis ſublata o litera is ſyllabam ponas,ut ab hoc ſcauro & ab hoc templo, his & ab his ſcauris, his & ab his templis.

℃ Nomina quæ ablatiuo caſu numero ſingulari u litera finiuntur,maſculino & fœminino genere adiecta s litera faciunt nominatiuum & accuſatiuum & uocatiuum pluralem, ut ab

hoc uerſu,& ab hac manu, hi uerſus & hos uerſus,o uerſus,& hę manus,has manus & o manus.In neutrali autẽ genere adiecta a litera,faciũt ntm̃ & actm̃ & uctm̃ pluralẽ,ut ab hoc cornu,hæc cornua & hæc cornua,& o cornua.gtm̃ uero pluralẽ in omni genere pari modo facies, ſi adiicias ablatiuo ſingulari um ſyllabã, ut ab hoc uerſu,ab hac manu,& ab hoc cornu,horũ uerſuũ,harũ manuũ & horũ cornuum.datiuus quoq; & ablatiuus pluralis in omni genere pari modo fiet,ſi ablatiuo ſingulari u literã in i cõmutes,& adiicias bus ſyllabã,ut ab hoc uerſu & ab hac manu, ab hoc cornu,his & ab his uerſibus,manibus,cornibus.

¶ De Formis Caſualibus.

¶ Formę Caſuales ſunt ſex,Senaria,Quinaria,Quaternaria,Trinaria,Bipartita,Simplex aut Vnica.Senaria forma eſt,quę oĩbus ſex caſibus uaria forma in declinationibus effertur,ut eſt unus & ſolus & nullus.nã declinamus hic unus,unius,uni,unũ,o une,ab uno.Quinaria forma eſt,cũ datiuus & ablatiuus ſociãtur in declinationibus ut eſt doctus & bonus.Quaternaria forma eſt,cũ inuenitur nominatiuus idem qui & uocatiuus,& genitiuus idem qui & datiuus,ut res,ſpes,& reliqua huius ordinis.Ternaria forma eſt,quæ in neutralibus nominibus inuenitur,in quibus nominatiuus & accuſatiuus & uocatiuus ſociãtur,ut ſcamnũ, ſcrinium.datiuus & ablatiuus,ut huic ſcamno,ab hoc ſcãno,& cætera,non minus hæc forma etiã in communibus nominibus inuenitur his literis finitis, in qbus ntũs,gtũs, & uctũs ſociantur, ut facilis,gracilis. datiuus & ablatiuus huic facili & ab facili. Bipartita forma eſt,quæ in neutralibus nominibus u litera finitis eſt,qbus nominatiuus & accuſatiuus,& uocatiuus ſociãtur,ut genu,ueru.genetiuus dtm̃ & ablm̃ ſegregat ab his ꝑducit. dicimus enĩ hoc genu,huic genu,& ab hoc genu.Vnica aut Simplex forma eſt, q̃ in monoptotis noibus inuenitur,ut neq̃, dicimus enim in omnibus caſibus ſimiliter,hoc neq̃,huius neq̃,huic neq̃, hoc neq̃,o neq̃,ab hoc neq̃. Pluralis uero numerus quaternariũ habet,cum inuenitur nomininatiuus idem qui & uocatiuus, & datiuus idem qui & ablatiuus,ut ſunt docti & probi.Ternaria forma eſt,in quibus nominatiuus,accuſatiuus,uocatiuus pluralis ſociantur , & datiuus & ablatiuus , ut ſunt ſcrinia & , parietes.

Formæ caſuales quot & quæ

Simplex Vnica forma caſualis.

Quinaria forma caſualis.

Quaternaria forma caſualis.

Ternaria forma caſual.s.

Bipartita forma caſualis.

Neq̃

¶ Libri primi finis.

FL. SOSIPATRI
CHARISII INSTITVT. GRAM.
LIBER SECVNDVS.

DE DEFINITIONE.

Definitio quid.

DEFINITIO eſt oratio, quæ id de quo quæritur, aperte deſcribit, & determinat.

¶ De Genere.

Genus quid

¶ Genus eſt dictio qua plures continentur ſpecies, ut animale & inanimale.

¶ De Specie.

Species quid

¶ Species eſt dictio originem trahens à genere paucioribus confuſa ſignificationibus quàm genus, ut homo, arbor.

¶ De Oratione.

Oratio quid

¶ Oratio eſt ore miſſa & per dictiones ordinata pronuntiatio, ut oris ratio.

¶ De partibus orationis.

¶ Orationis partes ſunt octo, Nomen, Pronomen, Verbum, Aduerbium, Participium, Coniunctio, Præpoſitio, Interiectio.

¶ De Nomine.

Nomen quid

¶ Nomen eſt pars orationis cum caſu, ſine tempore, ſignificans rem corporalẽ, aut incorporalem, proprie cõmuniterq́;. Proprie, ut Roma, Tiberius. Communiter, ut urbs, ciuitas, flumen.

Nomina ꝓpria
Prænomẽ quid
Nomen quid
Cognomẽ quid
Agnomen q̄d

¶ Nomina propria ſunt, aut appellatiua. Propria hominũ tantummodo, quæ in ſpecies quatuor diuiduntur, Prænomen, Nomen, Cognomen, Agnomen, ut Publius Cornelius Scipio Africanus. nam nomina cognominibus ex aliqua ratione aut uirtute adduntur, ut Africanus, Creticus, Aſiaticus, Numantinus, & his ſimilia. Prænomen ergo eſt, quod nomini præponitur. ut Publius. Nomẽ quod familiæ originem declarat, ut Cornelius. Cognomen quod nomini ſubiũgitur, ut Scipio. Agnomen quod

extrinſecus adiici ſolet, ut Africanus. Appellatiua autem,quæ generaliter communitérq; dicuntur,quæq́ in duas ſpecies diuiduntur, quarum altera ſignificat res corporales,quæ uideri tangiq; poſſunt,ut eſt homo,terra,mare, altera incorporales,ut eſt pietas,iniuſtitia, dignitas, quæ intellectu tantum percipiuntur, uerum neq; uideri,neq; tangi poſſunt.

Appellatiua nomina quæ.

Corpus qu d

¶ Nomini accidũt,Qualitas,Genus,Figura,Numerus, Caſus. Qualitas eſt qua intelligitur proprium ſit an appellatiuum.Genera nominum ſunt quatuor,aut,ut quibuſdam placet,quinq;. Maſculinum,Fœmininum,Neutrum,Commune, Promiſcuũ. Maſculinum eſt,cui numero ſingulari,caſu nominatiuo pronomen præponitur hic,ut hic præceptor. Fœmininum eſt cui numero ſingulari caſu nominatiuo,pronomen præponitur hæc.ut hęc ſchola.Neutrum eſt,cui numero ſingulari,caſu nominatiuo præponitur hoc , ut hoc ſcrinium . Commune enim fit duóbus modis,ſunt cõmunia aut ex genere maſculino & fœminino, ut hic & hæc canis,aut ex genere maſculino, fœminino & neutro, ut hic & hæc & hoc felix . Promiſcua etiam ſunt nomina,quæ græci ἐπίκοινα appellant,ut paſſer,aquila,muſtela. hæc enim ſub uno genere duorum habent intellectum,nam paſſerem fœmininam accipimus & aquilam & muſtelam, quæ maſculino quoque genere intelligimus , quamuis fœminino genere tantum dicatur.

Nominis accidentia quot & quæ.

Nominis qualitas quæ

Genera nominũ quot & quæ

Promiſcua

Epicœna nomina quæ

¶ Figura in nominibus aut ſimplex eſt ut felix,aut compoſita, ut infelix.Componuntur autẽ nomina modis quatuor,ex duobus integris,ut ſuburbanũ.ex duobus corruptis,ut opifex,artifex.ex integro & corrupto, ut ineptus. ex corrupto & integro, ut omnipotens. aliquando ex compluribus, ut inexpugnabilis.

Figuræ nominũ

Nomina quot modis componantur.

¶ Numeri ſunt duo.Singularis ut hic præceptor.Pluralis,ut hi præceptores.Dualis enim apud Romanos non eſt.

¶ Sunt quædam ſemper ſingularia,ut aurum,oleum. quædam ſemper pluralia, ut ſordes, mœnia. quædam ſingularem pluralemq; numerum communiter ſignificantia,ut dies,nubes.quædam poſitione ſingularia,intellectu pluralia,ut populus,concio, quædam poſitione pluralia , intellectu ſingularia. ut Mycenæ, Cumæ,Thebæ, Athenæ.

Nominum differentiæ

Populus

Concio

Mycenæ

Thebæ

¶ Caſus ſunt,ut quidam uolunt,ſex,ratione tamen ſunt qnq;. Genetiuus,Datiuus,Accuſatiuus,Vocatiuus,Ablatiuus.Nomi

natiuum enim optime caſum eſſe noluerunt, quoniam quidem ſit poſitio aut recta nominis aut declinationis regula, quem nominatiuum græci non πτῶσιν, ſed ὀρθὴν aut εὐθεῖαν uocant. καταχρηστικῶς tamen nominatiuum caſum dicimus.

Septimus caſus

¶ Sed quædam nomina per omnes figuras uariantur, quædam nomina inueniuntur quæ flecti non poſſunt. ut frugi, neq̃, nihili. Adiicitur à diligentioribus etiam ſeptimus caſus, ubi enim re aut loco dicimus, ablatiuo utimur, ubi autem ſeptimo magis caſu utimur, ut eſt illud, Et ignem fomite capit, ſpe poſſe confugere, & ducente deo, & ut generaliter dicam ❀ per paſſiuũ modum ablatiuo utimur, ſeptimo caſu actiuo modo.

Opis

¶ Quædam quatuor aut tribus caſibus tantum flectuntur, ut Iuppiter nominatiuo & uocatiuo caſu, & Opis. nam in ſingulari genitiuum inuenimus.

Gentilia nomina.

¶ Quædam ſunt quæ gentem ſignificant, ut Afer, Dacus, Hiſpanus. Alia numerum, ut unus duo. Alia ordinem, ut primus, ſecundus. Alia qualitatem, ut bonus, malus, magnus, albus, niger. Alia quantitatem, ut procerus, altus, magnus, ſublimis, humilis. Alia ab accidentibus aut conſequentibus tra ❀ ut beatus, diues, pauper. Sunt quædam deriuatiua, quæ ab aliqua perſona propter coniunctionem generis declinãtur, ut Pelides, Aeacides, q̃ græci patronymica appellant. Quædã poſſeſſiua, ut peluis, Aeneius ex hac ſpecie, Aeneia puppis prima tenet, & Romuleo recens horrebat regia culmo. & Phineia poſtq̃ clauſa domus hæc Græci κτητικὰ appellant.

Appellatiuorũ nominum ſpecies.

Diminutiuorũ nominũ formæ

¶ Sunt deminutiua quæ ab abſolutis nominibus adiecta in nouiſſima parte aut litera aut ſyllaba, capiunt deminutionem ſine ulla comparatione, ut mõtanus, montaniculus. ſcholaſticus, ſcholaſticulus. paruus paruulus. adoleſcens, adoleſcentulus. Illud quoq; meminerim, quod ſemper diminutiões generibus ſuis unde oriuntur conſonant, pauca diſſonant, ut rana ranunculus, unguis ungula, glandium glandula, beta betaceus, malua maluaceus, piſtrinum, piſtrilla, ut Terentius in Adelphis. enſis enſicula & enſiculus. Plautus enſicula in Rudente.

Ranunculus
Vngula
Glandula
Piſtrilla
Enſicula

¶ Monoptota uero nomina & hæc quæ natura ſingularia ſunt ideſt elementa, Item fluminum & montium nomina & urbiũ. Item deorum & hominum nomina propria. Item dies feſti. Item literarum elementa. Item numeri deminutionem, quam

Græci ὑποκορισμὸν appellant, non recipiunt.

¶ Sunt etiam quæ ab his ῥηματικὰ dicuntur, nos non abſurde uerbalia diximus, ut à uerbo lego lectio, & dico dictio, & oro oratio, & raptor & percuſſor, ex eo quod eſt rapio, percutio.

Verbalia nomina quæ.

¶ Quædam generalia ſunt, quibus multa continentur diſſimilia, ut animal, arbor, ex his naſcuntur ſpecialia, quæ tamen inſunt originibus ſuis generalibus, ut homo, equus, taurus, laurus, pinus, fraxinus.

¶ Quædam ficta ſunt à ſono uocis, ut ſtridor, clãgor, hinnitus, ululatus, fremitus, mugitus. Quędã deſcendũt ab aduerbiis, ut externus, hodiernus, craſtinus, ſerius, nimius, citus. Alia à participiis, ut ludibundus & laudabũdus. Sũt etiã quę à græcis ἐπιθετικὰ dicuntur, quæ quibuſq; perſonis adiiciuntur, laudandi gratia aut uituperandi aut luſus. equorũ domitor debellatorq; ferarum. Vituperandi. Et ipſe doli fabricator Epeus. Sed hæc nomina quanq̃ ſpecies ſunt nominum abſolute, tamen nomina dicuntur, & ſingulis rebus perſoniſue appoſita ſunt. Sunt quædam nomina, quæ per ſe ſine alterius partis orationis adminiculo intelligi non poſſunt, quæ græci dicunt τῶν πρός τι, ideſt, ad aliquid quæ non poſſunt intelligi ſola, ut pater, mater. iungunt enim ſibi & illa propter quæ intelliguntur. Sunt his ſimilia quæ græci dicunt τῶν πρός τί πως ἔχοντα, ideſt ad aliquid quodammodo habentia, ut dexterior, ſiniſterior. Sunt quoq; quædã homonyma, quæ una loquela plura ſignificant, ut nepos, acies. ſignificat enim nepos & certum cognationis gradum, & rei auitæ conſumptorem, ſimiliter acies oculorum & ferri & exercitus. Quædam ſynonyma quæ plurimis loquelis idem tamen ſignificant, tanquam terra, humus, enſis, mucro, gladius. Quædam mediæ poteſtatis, quæ ſignificationem a coniunctis ſumunt, ut magnus, fortis. Hæc enim per ſe nullum habẽt intellectum, & ideo a quibuſdam adiectiones uocantur, ut magnus uir, fortis exercitus. His & comparatio accidit, quoniam aut in qualitate ſunt aut quantitate, magnus maior maximus, fortis fortior fortiſſimus.

Nomina ficta e ſono uocis.
Ab aduerbiis
Heſternus
Hodiernus
Craſtinus
Serus
Nimius
Citus.
Adiectiua nomina quæ.
Nomina ad aliquid.
Nomina ad aliquid quodãmodo ſe habentia.
Dexterior
Siniſterior
Homomyna q̃
Nepos
Acies
Synonyma quæ
Nomina mediæ poteſtatis.

¶ Non omnia nomina gradus cõparationis recipiunt, ſed ſola quæ in qualitate ſunt, aut in quantitate. cætera autem non habent conlationem, ut quæ corpus ſignificant, ut homo, arbor. aut quæ gentes, ut Græcus, Hiſpanus. aut quæ numerum, ut

Comparationi. gradus quæ nomina accipiãtq; quæ reſpuant.

unus,duo.aut quæ ordinem,ut ſecundus,tertius.aut quæ ad ali quid referuntur,ut pater,frater.Quædam nomina quamuis qualitatem ſignificent,gradus tamen conlationis non recipiunt. ut mediocris,ſobrius,rudis, grandis. non enim fit mediocrior,ſobrior,rudior,grandior.Sed cum ſint comparationis gradus tres, Poſitiuus,ut fortis,Comparatiuus ut fortior,Superlatiuus, ut fortiſſimus,de quibus iam loco ſuo expoſuimus,inuenimus nõ in omnibus noibus tres gradus perſeuerare,aliquando primus tãtum gradus inuenitur.ut medio cris.aliquãdo primus & ſecundus, ut ſenex ſenior, iuuenis iunior aut iuuenior, aliquando primus & tertius,ut pius piiſſimus.nam pro ſecundo gradu,magis aduerbium ponimus, ut magis pius. aliquando ſecundus & tertius, ut ulterior ultimus. aliquando tertius tantum, ut nouiſſimus.

Mediocris, Sobrius, Rudis Grandis, conlationis gradum non recipiunt. Senior, Iunior, Iuuenior, Vlterior Vltimus Nouiſſimus

¶ Sunt quædam etiam nomina quæ ſicut nata ſunt,efferuntur. ut mons, ſchola. Sunt item noua ſuperlatiua,quæ abſolutum non habent,ſed aduerbium,ut citerior,citimus à citra.inferior infimus ab infra,ſuperior ſuperrimus à ſupra,prior & primus ab aduerbio prius,ut peior peſſimus ab aduerbio peius.Quædam ſunt quæ diuerſis figuris in conlationem ueniunt,ut malus peior peſſimus, bonus melior optimus. his enim per omnes tres gradus comparatio proceſſit,nec tamen unam formam nominis tenuit. Sunt alia abſoluta, quæ nullo quidem gradu comparationis figurantur,recipiunt tamen conlationem,ſi illis magis aduerbium iungatur,ſicut ſuperius dictum eſt,ut magis rudis,magis pius,maxime ſimiliter.ſic & econtrario minus & minime adduntur.Vtimur autem gradu comparatiuorum in uno & altero,propè æqualibus ac ſimilibus, nam diſſimilium comparatio nulla eſt,ut hi duo uiri fortes,ſed hic altero fortior.Item comparatiuus & his qui ſui generis ſunt,& his qui alterius ſunt,comparatur. ut equus uelocior equo dicitur, qui eiuſdem generis eſt,item uelocior cane,qui alterius generis eſt.Superlatiuus uero gradus omnibus his tantum qui ſui generis ſunt, præponitur, nam uelociſſimus equus non dicitur, niſi equis comparatus. Itaque ſuperlatiuus gradus aut omnibus ſui generis præponitur, ut, O Danaum fortiſſime gentis, Tydide, aut nullis.

Nomina primi gena. Citerior citimus Inferior infimus Superior ſuperrimus Primus Malus peior peſſimus. Bonus melior optimus.

Superlatiuus gradus omnibus his tantum præponitur q̃ ſui generis ſunt.

¶ Scito autem comparatiuum gradum ablatiuum caſum tra-

here numeri tam ſingularis q̃ pluralis, ut doctior illo, doctior illis. Superlatiuũ uero, genitiuum trahere caſum & tantum plurali numero iungi, ut iuſtiſſimus omnium. *Comparatiui & Superlatiui constructio.*

DE PRONOMINE.

PRONOMEN eſt pars orationis, quæ poſita pro nomine minus quidem, penè idem tamẽ ſignificat. Pronomini accidunt Qualitas, Genus, Figura, Numerus, Caſus, Perſona. *Pronomen quid* *Pronominis accidentia.* Qualitas pronominum finita eſt aut infinita. Finita quæ notat certam perſonã ut ego. Infinita eſt quæ cuilibet perſonæ poteſt aptari, ut quis, qualis, quantus, qualis. Genera pronominum ſunt quatuor, Maſculinum ut hic, Fœmininum ut hæc, Neutrum ut hoc, Cõmune ut ego. Figura in pronominibus aut ſimplex eſt, ut qs, aut cõpoſita ut quiſqs. Numeri ſunt duo. Singularis, ut qualis. Pluralis ut quales. Cõmunis quoq; nũeri inuenitur ut qui. Dicimus enim qui uir & qui uiri. Caſus pronominum totidem ſunt quot & nominum. Perſonæ pronominum ſunt tres. Prima ut ego. Secunda ut tu. Tertia ut ille.

¶ Sunt pronomina ad aliquid dicta, ut meus, tuus. nam & hæc ſine aliquo non poſſunt ſola intelligi, Pronominum declinationes finitæ ſiue abſolutæ. hic, huius, huic & cætera. ſed uocatiuũ habere non poteſt, quia nemo dicit o ego, niſi exclamatio ſit, ut apud Horatium, O ego infelix quem tu fugis. nec pluralem habet uocatiuum, niſi ſi æque exclamatio ſit, ut cum dicimus, ó nos felices. *Pronomina ad aliquid* *O ego exclamatio eſt.* *O nos exclamatio.*

¶ Pronomen hoc, ideſt nos trium generum eſt commune, non eſt tamen repudianda illorum ſententia, qui dixerunt in quibuſdam pronominibus uocatiuum non poſſe cadere, cum etiam penè in omnibus pronominibus non debeat eſſe nominatiuus, ſed nos nondũ refragamur rationi, uocatiuum adiicientes. Sed quoniam contextum declinationis habere uolumus, inſtruendi gratia fecimus mentionem, quanquam non ſolum uocatiuum non inuenimus, uerumetiam in quibuſdam caſibus deficere uidemus. Hic quoq; pronomen omnium generum eſt commune, ut dicimus hic huius, hæc huius, hoc huius. & iſte iſtius, iſta iſtius, iſtud iſtius iſtuc. Ipſum quare non ipſud, ut illud & iſtud quoniam ueteres nominatiuum non ipſe dicebant, ſed ipſus. *Nos pronomẽ trium generum* *Pronomina an habẽt uocatiuũ* *Ipſum quare nõ ipſud.* *Ipſus.*

Illæ & Illa. Illuc & illud. Quis & qui pronomina infinita. Ques & qui. Quibus unde. Quiſq; quomodo declinatur. Alius alia aliud. Alter altera alterum. Vter utrius. Alteruter alterutrius. Vnus unius. Quidam cuiuſdam. Aliquis alicuius. Totus totius. Qualis quale.

quod etiam in Comœdiis ueteribus inuenimus. Ille illius, Illa illæ & illius, Illud illuc & illius.

Infinitiua quis & qui cuius, quæ cuius, quod cuius, ſed ueteres nominatiuum pluralem ques dixerunt, regulam ſecuti, unde etiam datiuus manſit in conſuetudine, nam dicimus quibus pro quis, nonnunquam dicimus quiſque cuiuſque, quanque cuiuſq;, quodque cuiuſq;, cumq; in omnibus caſibus indeclinabile manet poſtremum. Alius alius, alia alius, aliud alius. ſed ueteres alia aliæ aliæ. Alter alterius, altera alterius, alterum alterius. Neuter neutrius, neutra neutrius, neutrum neutrius. ſed ueteres neutra neutræ neutræ. Vter utrius πότερος, utra utrius, utrum utrius. ſed ueteres utra utræ utræ. Vterq; utriuſq;, utraſq; uſq;, utrũq; uſq;. ſed ueteres utraq; utræq; utræq;. Quæ per omnem declinationem poſtremũ æque manet. Alterutrum alterutrius, alterutra alterutrius, alterutrũ alterius. ſed ueteres alterutra alterutræ alterutræ. Vnus unius, una unius, unum unius. ſed ueteres una unæ unæ. Vnuſquiſq; uniuſcuiuſq;, unaquęq; uniuſcuiuſq;, unumquodq; uniuſcuiuſq; ſed ueteres unaquæq; unæcuiuſq;, quidam cuiuſdam, quædã cuiuſdam, quoddam cuiuſdam. poſtrema ſyllaba manet in omnibus caſibus indeclinabilis. Aliquis alicuius, aliqua alicuius, aliquid alicuius. antiqui aliques dicebãt. unde manſit aliqbus, ſed ueteres aliqua aliquæ quæ. Vllus ullius, ulla ullius, ullum ullius. ſed ueteres ulla ullæ ullæ. Nullus nullius, nulla nullius, nullũ nullius. ſed ueteres nulla nullæ nullę. Totus totius, tota totius, totum totius. ſed ueteres ſimiliter ſuperioribus. Hic qualis qualis, huius qualis qualis, hoc quale qualis. hoc ꝓnomen quod eſt qualis. Itẽ quod ſequitur talis cõmunia ſunt maſculini & fœminini generis, hic talis talis, hæc talis talis, tale talis. Item quantus quanti, quanta quantæ, quãtum quanti. Tantus tanti, tanta tæ, tantum ti. Quotus quoti, quota quotæ, quotum quoti.

Pronomina poſſeſſiua. Mi cur a pronomine meus in uocatiuo.

Poſſeſſiua, Meus mei, mea meæ, meum mei. ſed ueteres mius pro meus dicebant, ut merito & uocatiuus ſecundum regulam manſerit ut ſic ſit. Omnia quæ ntõ ante us nouiſſimã ſyllabã i habent, uocatiuo i terminantur, ut hic Saluſtius o Saluſti, hic Orontius õ Oronti, hic Lucilius õ Lucili. ſic & meus õ mi, etiam ordine ſuo hanc quoque regulã adnotauimus. Tuus tui, tua tuæ, tuum tui.

Ex his

¶ Ex his pronominibus ſunt, aliquot quæ aduerbialiter quodãmodo intelligentur, ſed & ſi qua alia ꝑnomina incidẽt, adnotare non pigebit. Idem eiuſdem, eadem eiuſdem, idem eiuſdem. Quiſpiam cuiuſpiam, quæpiam cuiuſpiam, quodpiam cuiuſpiam. Noſtras ueſtras. Nemo pronomen, nõ habet genitiuum, ut neminis ut quibuſdã uidetur, ſicut & alius ꝑnomen gtĩ nõ habet, ut dicamus alius, tametſi antiqui genitiuum alius produ ꝯta us dixerunt, quorum auctoritatem ſecuti & nos adieceri- mus, cuius nominatiuum ucteres non tantum alius dixerunt, ſed etiam alis, ſicut & Saluſtius, Alis alibi ſtantes cecid erunt, omnes tamen aduerſis uulneribus conciderunt. Conuincitur uero hæc opinio auctoritate Plauti, qui ita dixit in captiuis, Neminis miſereri certum eſt, quia mei miſeret neminem.

Alius pronomẽ genitiuum non habet

Alis pro alius.

Nemo inis

¶ Aliis ita placuit de pronominibus diſſerere. Pronomina ſunt quæ & ipſum & cuius quod eſt ſingulariter indicant. Sũt quæ & contrario utrunq; pluraliter & ipſos & quod eorum eſt ſignificant, quæ exemplis manifeſtiora erunt. Vtrumq; igitur ſingulare, & qđ eſt & cuius, quod in his intelligitur. meus tu- mea tua, meum tuum. Vtrumque pluraliter, noſtros ueſtros, noſtras ueſtras, nam ut in iſtis ipſis cuius quod eſt unum ſignificatur. Ea autem quæ ſubiecta ſunt, pluraliter meos tuos, meorum tuorum, horum animaduerſio a græcis notata eſt, neq; enim cum his ſolis communis eſt nobis loquela, ſed etiam cum plurimis nationibus. Pronomina quædam ſicut nomina & participia referuntur ad aliquid. ut meus, tuus, noſter, illius illorum. nam & in his & in illis bina intelligimus.

Pronomina qđ ſint.

Latinus ſermo non ſolum cum Græcis communis, ſed etiã cum aliis gentibus.

¶ Pronominum alia ſunt Simplicia, alia Compoſita, ut hæc & quis, quænam, meapte, ſuapte, quiſpiam, quipiam, quopiam, hoccine, & etiam eorundem, quorundam. Diſpar præcedentibus natura eſt, ut tute, temet, ſemet, noſmet. nam met non eſt pars orationis, ſed adiectamentum quoddam accedit, qua ex cauſa nunquam hæ uoces ab his pronominibus ſeparari poſſunt, aut ſi ſeparantur, nuſquam utiles eſſe poſſunt, ſunt præpoſitiones & coniunctiones, cæteræque lexis, ideoque noua uocabula quidem propria habent omnes partes orationis, nec ipſæ ullis quàm pronominibus accedunt, nec enim ſignificatio eorũ legitima magis q̃ ſymbolica eſt. In his illud quoque obſeruandum eſt, quod iſta omnia,

Pronomina cõpoſita. Meapte, Suapte, Tute, Temet, Semet, Noſmet.

quæ quaſi obiecta menda diximus,tam ſingulari numero q̃ plu rali accedunt,unum autem abeſt q̃ per ſingulare, non enim ut quiſq̃ quenq̃,ſic utique,quidq̃,quippiam dicimus.

Pronomina quo modo diſcernan nantur a participiis.

¶ Pronomina a nominibus & participiis ita diſcernimus,ſi omni percunctationi reſponſionem ſuam exhibebimus, nam hoc quaſi propriũ pronominis eſt,ut cum dictum ſit quis ſubiungas hic aut ille, aut cum quas has, aut qualis talis, deinde quantus tantus,mox quot tot.

Quis, Qualis, Tantus pronomina.

Meus,Tuus, Suus ad aliqd ſignificant

¶ Quædam pronomina ad aliquid pronuntiantur & utraque ſignificatione ſingularia ſunt, ut meus, tuus. aut utraque pluralia,ut noſtri,ueſtri.aut extrinſecus pluralia,intrinſecus ſingularia,ut noſter,ueſter.aut intrinſecus ſingularia ; extrinſecus pluralia,ut meus,tuus.

Pronomina carent uocatiuo caſu.

Tu, Vos, non ſunt uocatiui caſus.

Ego, Tu, Hic, Ille pronomina nõ ſunt caſualia

¶ Per caſus pronomina ita ut nomina declinantur,carentia ſcilicet uocatiuo caſu,nam alia ſunt quæ ad uocatiuum caſum referuntur, neque ſunt exdeclinata, ut tu uos. alia accuſatiuo ablatiuoque, ut te.alia per ſingulares caſus declinantur,neque ſunt caſualia,ut ego,tu,hic,ille.mei,tui,illius.mei,tui,huius.mi tui,huic.me,te, hunc.Et pluraliter nos,uos,hos.noſtrorum. ueſtrorum,horum. nobis uobis,his. Itẽ fœminina ſingularia.Ego. tu,hæc.mea tua,huius.mi,tibi,huic.me,te, hãc. Pluraliter nos, uos hęc.noſtrum,ueſtrum,horum.nobis,uobis,his.Neutralia ſingularia.ego,tu,hoc.mei,tui,huius.mi,tui,huic.me,te,hoc.Pluraliter nos,uos,hæc.noſtrum ueſtrum, horum. nobis, uobis, his. nos,uos hæc.nobis,uobis,his.

Ego,Tu,Hic, Ille quomodo declinentur.

¶ Aliis ita placuit declinare,perſona prima ſingulariter. Ego mei mihi me o a me. Pluraliter nos noſtrum nobis o nos a nobis. Secunda perſona ſingulariter. Tu tui tibi te a te. Pluraliter uos ueſtrum uobis uos ó uos a uobis. Tertia perſona ſingulariter. Ille illius illi illum ab illo.Pluraliter illi illorum illis illos illi ab illis. Fœminina ſingularia. Illa illius illi illam illa ab illa. Pluraliter illæ illarum illis illas illæ ab illis. Neutralia ſingularia. Illud illius illi illud ab illo. Pluraliter illa illarum illis illa illa ab illis.

Pronominum declinatio.

¶ Et alia pronomina ſimili modo numeri ſingularis. Iſte iſtius iſti iſtum iſte iſto. Pluraliter iſti iſtorum iſtis iſtos iſti, iſtis. Fœminina ſingularia. Iſta iſtius iſti aut iſtæ iſtam iſta, ab iſta, Pluraliter Iſtæ iſtarum iſtis iſtas iſtæ iſtis. Neutra ſin-

gularia . Iſtud iſtius iſti iſtud iſtud ab iſto , Pluraliter iſta iſto rum iſt s iſta ab iſtis.

¶ Minus q̃ finita maſculina ſingularia. Ipſe aut ipſus ipſius aut ipſi ipſi aut ipſo ó ipſe ab ipſo, Pluraliter ipſi ru n ſis ſos pſi a pſis. Fœminina ſingularia . Ipſa ius a ut ipſæ ipſi aut ipſæ pſa ipſa ab ipſa, Pluraliter ipſæ rum ſis ſas ſæ ſis.

¶ Infinita maſculina ſingularia, Cuius, cui, cui, quem ,qui, a quo, Pluraliter ques quorum quis ques a quis.

¶ Minus q̃ finita maſculina ſingularia . Qui cuius cui quem qui a qui , Pluraliter qui quorum quibus quos ó a quibus. Fœminina ſingularia . Quæ cuius cui quam a qua , Pluraliter quæ quorum quis quas quæ a quis . Neutra ſingularia Quod aut quid us i od aut id o od aut id a quo aut a qui. Pluraliter quæ quorum aut cuium quis aut quibus quæ, quis aut quibus.

¶ Minus quàm finita maſculina ſingularia. Is us i eum is ab eo . Pluraliter ii eorum eis os ii ab iis. Fœminina ſingularia. Ea eius ei eam ea ab ea , Pluraliter eæ earum is eas eæ ab iis. Neutra ſingularia, Id eius ei id id ab eo, Pluraliter ea rum iis ea ab iis.

¶ Poſſeſſiua ad aliquid maſculina ſingularia . Meus mei meo meum a meo, Pluraliter noſtri noſtrorum noſtris noſtros noſtri a noſtris. Fœminina. Mea æ æ m a mea , Pluraliter meæ arum meis meas æ a meis. Noſtræ rum is as æ a noſtris. Neutra ſingularia. Meum i o meum a o . Pluraliter noſtra noſtrorum is a a noſtris. Maſculina ſingularia. Tuus tui tuo tuum us a tuo. Pluraliter ueſtri ueſtrorum is os i a ueſtris. Fœminina ſingularia. Tua æ æ am a a tua, Pluraliter ueſtræ ueſtrarum is as æ a ueſtris. Neutra ſingularia. Tuum i o um um a tuo . Pluraliter ueſtra rum is a a à ueſtris.

¶ Intrinſecus ſingularia & extrinſecus pluralia maſculina. Mei meorum meis meos a meis . Fœminina . Meæ mearum meis meas, meæ, a meis. Neutra. Mea, meorum , meis, mea, mea a meis . Maſculina . Tui tuorum tuis tuos tui a tuis . Fœminina . Tuæ tuarum tuis tuas tuæ a tuis . Neutra . Tua rum tuis tua a tuis.

¶ Intrinſecus plurale, extrinſecus ſingulare. Maſculina. Noſter noſtri noſtro um er a noſtro. Fœminina, Noſtra æ æ am noſtra

à noſtra. Neutra, Noſtrum i o m m à noſtro. Maſculina Veſter i o m r a ueſtro. Fœminina, Veſtra ueſtræ æ am a a ueſtra. Neutrum, Veſtrum i o m m à ueſtro.

℄ Intrinſecus ſingulare, extrinſecus ſingulare, in tertia perſona maſculino ſingulari. Suus ſui ſuo ſuum us a ſuo, Pluraliter ſui orum is os ſui a ſuis. Fœminina ſingularia, Sua æ æ am a ſua, Pluraliter ſuæ rum is as æ a ſuis. Neutra, Suum i o m m a ſuo, Pluraliter ſua orum is a a à ſuis. Item maſculina ſingularia. Vter utrius tri um uter ab utro. Pluraliter utri rum utris os tri ab utris. Fœminina ſingularia, Vtra utrius aut utræ utri aut utræ am a ab utra, Pluraliter utræ rum ris as æ ab utris. Neutra ſingularia, Vtrum tri o m m ab utro. Pluraliter utra rum is tra tra ab utris. Item maſculina ſingularia, Alter us i m r ab altero, Pluralirer ri rum ris ros i ab alteris. Fœminina ſingularia, Altera us ræ ram a ab altera, Pluraliter alteræ rum is as ræ ab alteris. Neutra ſingularia, Alterum ri ro rum rum ab altero, Pluraliter altera rum is altera ra ab alteris. Item maſculina ſingularia. Alius alii us o ii alium us ab alio. Pluralirer alii rum aliis os ii ab aliis. Fœminina ſingularia, Alia æ æ am a ab alia, Pluraliter aliæ rum iis as æ ab aliis. Neutra ſingularia, Aliud alii alius alio alii aliud aliud ab alio, Pluraliter alii aliorum aliis alia alia ab aliis.

Quantus, Qualis pronomina præpoſitiua.

℄ Præpoſitiua maſculina ſingularia. Quantus ti to tum tus a to. Fœminina ſingularia. Quanta æ æ am ta à quanta. Neutra ſingularia. Quantum ti to tum m a quanto. Pluraliter maſculina. Quanti rum is os ti à quantis. Pluraliter fœminina. Quantę rum tis tas tæ a quantis. Pluraliter neutra. Quanta quantorum tis ta ta a quantis.

Tantus, Talis pronomina ſubiunctiua

℄ Subiunctiua maſculina ſingularia. Tantus ti to tantum tantus à tãto. Fœminina ſingularia. Tanta tæ tæ tam ta a tanta. Neutra ſingularia. Tantum ti to tum tum a tanto. Pluralia maſculina. Tanti orum is os tis a tantis. Pluralia fœminina. Tantæ tantarum tis tas tæ à tantis. Neutra pluralia. Tanta tantorum tis ta ta a tantis.

℄ Communia ſubiunctiua maſculina & fœminina ſingularia. Talis lis li lem lis a tali, Pluralia tales ium talibus tales les a talibus. Neutra ſingularia. Tale lis li le tale a tali, Pluraliter talia talium talibus talia talia a talibus.

¶ Sunt & alia pronomina quæ ſimili modo declinãtur. Quiſq; Quicunq; , Quiſcunq;.

DE VERBO.

Verbum quid

VERBVM eſt pars orationis adminiſtratione rei ſignificans cum tempore & perſona , numeriſq; , carens caſu. Verbo accidunt Qualitas, Genus, Figura, Numerus, Modus, Tempus, Perſona, Coniugatio.

Verbi qualitas. Infinita uerborum qualitas.

¶ Qualitas uerborũ Finita eſt aut Infinita. Qualitas uerborũ finita eſt, quæ notat certum numerum , certum tempus, certam perſonam, ut ego ſcribo. Infinita eſt, quæ nihil certum habet, ut legere & ſcribere. Hæc enim in omnibus numeris, temporibus, perſonis finita ſunt. Cæterum legiſſe, ſcripſiſſe dicũtur quidem finita, ſed tempore ſolum finita ſunt.

Verborum genera quot & quæ

Imperſonalia uerba quæ

¶ Verborum genera ſunt quinq;. Actiuum ut lego, ſcribo. Paſſiuum ut legor, ſcribor. Neutrum ut ſedeo, curro. Commune ut adulor, criminor. Deponens ut luctor, conuiuor. Præterea ſunt & imperſonalia, ut ſedetur, itur, uidetur. non minus & illa imperſonalia dicuntur, ut tædet, pudet, pœnitet.

Agens uerbum
Patiens uerbũ.
Participia a uerbo agẽte quot
Participia a uerbo patiẽte quot.
Commune uerbum quid

¶ Quibuſdam placuit uerborum genera eſſe quatuor. Agens, Patiens, Cõmune, Neutrum. Agens uerbum intelligitur, quod o litera terminatur, & adſumpta r literá patiens, ut moneo, ſcribo. Participia habet duo , inſtantis temporis & futuri, ut monens, ſcribens, moniturus, ſcripturus. aſſumpta r litera, facit paſſiuum, ut moneor, ſcribor. quod participia habet duo, præteriti temporis & futuri, ut moniturus, monendus. ſcriptus, ſcribẽdus. Ergo actiuum ſine paſſiuo non eſt , neq; paſſiuum ſine actiuo, Nam ubi eſt qui facit, neceſſe eſt ut ſit qui patiatur. Commune uerbum intelligitur, quod r litera terminatur, & eandẽ nunquam amittit, & in duas cadit poteſtates, agentis & patientis, ut conſolor, criminor. dicimus enim conſulor illum & ab illo, non enim facit conſulo, crimino. Participia habet quatuor, ſecundũ formam quidem actiuam, præſentis temporis & futuri, ut conſolans conſolaturus, criminans criminaturus , ſecundum formã autem paſſiuam, præteriti temporis & futuri: ut conſolatus, conſolandus, criminatus, criminandus, & ſimilia, ut oſculor, ludificor, depopulor, blandior. Neutrum uerbum intelligitur, quod

Participia quot a uerbo cõmuni

Neutrum uerbum quod

habitum ſignificat,o litera terminatum,& non accipit r literam ut faciat patiens,ut ſedeo, ambulo, non enim facit ut ſedeor, ambulor. Participia habet duo, inſtantis temporis & futuri, ut ambulans ambulaturus, ſedens ſeſſurus. Ideo autem neutralia dicuntur,quod neq; adficiunt,neq; patiuntur,ut ſto,iaceo,algeo, ſitio,eſurio,curro,uenio.

Neutralia uerba cur appellata

¶ Etiam quintum genus uerborum alii dixerunt,ſimplex aut deponens,de quo dicendum eſt. Simplex aut deponẽs uerbum intelligitur quod r litera terminatur & eandem habet poteſtatem agẽtis,ut luctor,iraſcor,non enim facit,lucto,iraſco. Participia habent tria,præſentis,præteriti,futuri.ut luctans,luctatus,luctaturus & ſimilia ſequor,conor,luctandus non dicimus. luctandum tamen dicimus, figura illa, qua in omnibus uerbis utimur,ut luctandum mihi eſt,eundum eſt, gaudendum mihi eſt, ſtandum mihi eſt,ueniendum eſt.

Simplex, Deponens uerbum quod. Participia quot a uerbo deponenti. Luctandum eſt Eundũ mihi eſt Gaudendum mihi eſt Standũ mihi eſt Veniendum mihi eſt,quaſi figura dicimus

¶ Item è contrario quod forma agendi ſignificat patientiam, ut ueneo,uapulo,ardeo,flagro. utraq; uerba in neutrorum ſpecie quidã poſuerunt,alii ſupina dixerunt. Participia habet duo, præſens & futurum,præſens ut uapulans, futurum ut uapulaturus. Errauerunt qui in neutrorum ſpecie iſta uerba poſuerunt. nam in neutris uerbis aut aliquot partibus, r litera admittitur, aut ſignificationem quodammodo paſſiuam exprimunt,ut in imperſonalibus,ſedetur,ambulatur,etiam ambulatũ eſt.in infinitis quoq; ambulari dicimus.

Veneo, Vapulo Ardeo, Flagro neutra uel paſſiua.

¶ Aliis placuit omnium omnino uerborum genera eſſe tria, Actiuum,Paſſiuum,Habitiuum,& ita diſtinguunt. Actiuum eſt, quod facere quid ſignificabit,ut lego.corporis motum ſignificãs ut uro ❀ animi prouideo. Paſſiuum eſt actiuo contrarium, quod pati quid ſignificat,ut uror.hæc quoq; ut ſuperius dictum eſt,habent animi motum ſignificantia, nam & facit nanq; cogitur cor ❀ ſalior. Habitiua quæ per ſe quid fieri aut eſſe ſignificant, ut naſcitur, creſcit, oritur. Hæc ❀ quaſi indifferentia à paſſiuis repugnant, & paſſiua & actiua tantummodo ſunt.

Verborum genera tantũ tria. Actiuum uerbum quid Paſſiuum uerbum quid. Habitiuum uerbum quid.

¶ Actiuorum autem ſpecies ſunt duæ, quarum una paſſiuum non habet,ut ambulat,currit,altera habet,ut iubet,docet. Paſſiuorum quoq; ſpecies ſunt totidem, quarum una eſt quæ natura pati quid ſignificat,ut moritur,ſeneſcit.quibus etiam illa ad-

Actiuorum ſpecies duæ Paſſiuorum ſpecies duæ.

numerantur,quæ per ſe quidem uenire ſignificant, ut cadit,labitur,tremit, mœret, cum illi qui patitur accidere quid ſignificatur,ut uerberatur,uritur.

¶ Eſt aliud genus quod commune uocatur,ut uador,ulciſcor, quædam & tempus,& perſonam,& numerum ſignificant.ut lego,ſcribo,eſt enim & inſtantis temporis & perſonæ primæ & numeri ſingularis ſignificatio. Quædam uero ſine perſona ſolam rem per tempora oſtendunt,ut currebatur, curretur, curritur. Item & pluralia fieri,neq; ad perſonam referri poſſunt,at eadẽ compoſita habent in eadem forma,nam ſignificant quaſi percurritur,inambulatur ,& in paſſiuam perſonam referuntur & numerum,dicimus enim percurritur campus,perambulatur forũ, circuitur ciuitas,aditur magiſter.

Commune uerbum quid
Imperſonalia uerba
Percurritur campus
Perambulat forum.
Circuitur ciuitas
Aditur magiſter

¶ Similiter hæc ſiue ſimplicia,ſiue compoſita ſine numero perſonaq;,cum tempore tamen oſtenduntur,ut decuit,decet, decebit,oportet,licet,tædet,pudet,piget,his enim cum adiicitur nomen aut pronomen perſonam deſignant,quaſi decet illum, tædet Caium, eadem ad præteritum tempus relata tribus modis intelliguntur,nam partim duplicantur addito aliquo uerbo, ut tædet tæſum eſt, partim ſine adiectione , ut decet decuit , nec enim dictum eſt tæduit ut tæſum eſt , nec rurſus tæduit ut decuit dici poteſt.Quædam ſpecies eſt eorum quæ in utranq; formam cadunt,ut licuit licitum eſt,puduit puditum eſt.Quædam ſunt actiua paſſiuorum figura enuntiata,ut teſtificatur, execratur.melius autem erat dicere teſtificat quaſi teſtem facit,ut amplificat quaſi amplum facit,atq; execrat,ut obſecrat,quàm teſtificatur,execratur,quaſi ipſe ab alio. Quædam ſunt è contrario paſſiua quæ ſpeciem actiuorum obtinent, ut ueneo per præconem,ardeo amore, fio magiſtratus,uapulo pendens ❀ ut tepeſcit,frigeſcit,caleſcit.ex quibus habitiua fiunt cũ inceptionem tranſierint,ut tepet,friget,callet,pallet.

Imperſonalium uerborum præterita.
Tæſum eſt & non tæduit.
Licuit & licitum eſt
Puduit & puditum eſt.
Teſtificatur
Execratur.
Amplificat
Veneo,Ardeo, Fio , Vapulo,
Tepeſcit
Frigeſcit
Caleſcit
Tepet,Friget
Inchoatiua

¶ Cum omnia uerba aut actione actiua ,aut paſſione paſſiua, aut habitu habitiua dicantur,non immerito habitiua cum actiuis adnumerantur,quæ habent ἐνέργειαν,ut cernit,uidet, aſpicit. at contraria eorum καταχρηστικῶς nominantur paſſiua,nullum enim πάθος habent quæ cernitur ab aliis ſiue uidetur. amatur igitur & ſuſpicitur , auditur , excuſatur , defenditur , quoniam non minus hæc in præſentis , quàm in abſentis cadunt,

Friget , Pallet, habitiua
Cernit, Videt, Aſpicit
Cernitur

quæ illa etiam ignorare poſſunt.

Volo, Scio actiua
Nolo, Neſcio, habitiua

¶ Sunt uerba quædã ſine dubio actiua, ut ſcio, uolo, quibus cũ acceſſerint aduerbia ſunt habitiua, ut nolo, neſcio, talis eſt hæc aduerbii natura, ut addito uerbo contrariam ſignificationem faciat.

¶ Figura uerborum aut ſimplex eſt, ut ſcribo, aut compoſita, ut inſcribo.

¶ Nũeri ſunt duo, ſingularis, ut ſcribo, & pluralis, ut ſcribim⁹.

Modi uerborũ

¶ Modi ſunt ſeptem, Indicatiuus, Imperatiuus, Promiſſiuus, Optatiuus, Coniunctiuus, Perpetuus, Imperſonalis.

Tempora uerborum

¶ Tempora uerborum ſunt tria, Præſens ut lego, Præteritum ut legi, Futurum ut legam.

Tempus quid
Inſtans tempus
Præſens tẽpus
Præteritum tempus
Futurũ tempus
Præteriti differentiæ quatuor.
Inchoatiua
Præterita
Obliterata
Recordatiua

¶ Aliis ita differere placuit. Tempus eſt diuturnitatis ſpatiũ, aut ipſius ſpatii interuallum, aut rei adminiſtratiuę mora. Tempora ſunt tria, Inſtans, Præteritum, Futurum. Inſtans, cum in præſenti quid fieri oſtendit, ut limo, ſcribo. Præteritũ cum tranſactum quid ſignificamus, ut limaui, ſcripſi. Futurum cum factu rum aliquem demonſtrat, ut limabo, ſcribam. Præteriti tamen differentiæ ſunt quatuor. Inchoatiuæ ſiue imperfectæ, ut legebam, limabam. Præteritæ ut limaui, legi. Oblitteratæ ut limaueram, legeram. Recordatiuæ ut limauerim, legerim.

Perſona quid
Perſonæ uerborum quot & q̃
Iteratiua uerba
Frequentatiua uerba.

¶ Perſona eſt ſubſtantia nominis ad propriam ſignificationẽ dicendi relata. Perſonaꝝ notitia eſt triplex. Primæ, Secũdæ, Tertię. Prima eſt quæ loquitur, ideſt, à quo dicitur ut lego legimus. Secunda eſt a qua dicitur, & ad quã perſonã dicitur, ut dicis, dicitis. Tertia eſt de qua dicitur, & ad quam perſonam dicitur, ut dixit, dicunt. Quædam uerba quid ſemel factũ ſignificant, ut lego. quædam ſæpe, ut lecto. quædam ſæpius ut lectito.

Verborũ qnq; ſpecies.
Actiuũ uerbũ quid

¶ Breuiter autẽ & apertius ab aliis ſignificatio uerborũ definita eſt, q in ſpecjes quinq; eã diuiſerũt. hoc modo actiua eſt ut lego, paſſiua ut legor, neutra ut ſto, deponẽs ut naſcor, cõmunis ut populor. ergo hæ ſignificationes ſic facillime intelligi poterũt.

Paſſiuum uerbum quid

¶ Actiuum eſt uerbum, quod pronuntiatiuo modo, præſenti tempore, perſona prima, o litera finitam accipere poterit r literam & facere uerbum paſſiuum, ut ſcribo ſcribor, lego legor.

¶ Paſſiuum erit quod r litera finitum amittere eam poterit, & facere uerbum actiuum, ut ducor, trahor, ſublata enim r fiet actiuum, ut duco, traho.

❡Neutrum erit quod o litera finitum r literam non recipit, & cum ſit actiua ſpecie paſſiuam nõ habebit, ut curro, nõ enim dicimus curror.

Neutrum uerbum quid

❡Deponens per antiphraſin dicitur, ideſt, è cõtrario, quod uerbum r litera finitum deponere eam non poteſt, & cum ſit paſſiua ſpecie, actiuum non habebit, ut naſcor, non enim dicimus naſco.

Deponens uerbum quid

❡Commune uerbum eſt, quod ſpecie paſſiuę declinationis, & paſſiuam & actiuam continet ſignificationem, ut populor te, populor à te.

Commune uerbum quid

❡De Ordinibus Verborum.

❡Ordines uerborum ſunt quatuor, qui uerba diſpertiunt. Primi ordinis eſt uerbum, cuius ſecunda perſona as literis terminatur, ut amo amas amat. Secundi ordinis eſt uerbũ cuius ſecunda perſona es terminatur, ut teneo tenes. Tertii ordinis eſt uerbum, cuius ſecunda perſona per is correptam terminatur, ut ago agis. Quarti ordinis eſt uerbum cuius ſecunda perſona productis is literis terminatur, ut munio munis, Itaq; omnia uerba quæ eiuſmodi ordinis erunt, ſimilem etiam declinationem habent, & ideo ſatis eſt ex quoq; ordine cuiuſq; uerbi tam actiui quàm paſſiui declinationem per omnia tempora & modos exempli gratia præſcribere. Nam modi uerborum ſiue qualitates ſunt quinq;, Pronunciatiuus ſeu Finitiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Subiunctiuus ſeu Coniunctiuus, Infinitiuus, declinantur autem hoc modo.

Coniugationes uerborum

❡Declinatio uerbi ordinis primi.

❡Verbum infinitiuum ordinis primi, actiuũ & paſſiuum, temporis inſtantis, numeri ſingularis

❡Amo as at
Et pluraliter amamus tis ant.
Præterito imperfecto amabam bas bat.
Præterito perfecto amaui.
Pluſq̃perfecto amaueram.
Futuro amabo.
Imperatiua inſtãtis ama amet.
Futuro amato tu amato ille.
Optatiua præteriti imperfecti ut amarem.
Perfecto ut amauerim.
Pluſq̃perfectum ut amauiſſem.
Futuro ut amem.
Subiunctiua inſtantis cum amem.
Præterito cum amarem.
Præterito imperfecto cum amauerim.

Pluſq̄perfecto cū amauiſſem.
Futuro cum amauero.
Infinita inſtantis temporis amare.
Præterito amaſſe.
Futuro amatum ire.
Participia inſtantis amans.
Futuri amaturus.
Supina aut aduerbialiter, amādi amando amandum.
Paſſiua inſtantis temporis.
Amor amaris amatur.
Puraliter amamur mini antur
Paſſiua imperfecta.
Amabar ris atur.
Paſſiua perfecta amatus ſum.
Paſſiua pluſq̄perfecta amatus eram.
Paſſiua futura amabor.
Paſſiua imperatiua inſtantis amare ametur.
Futuro amator & ametur.
Optatiua inſtantis & imperfecta ut amarer.
Perfecta ut amatus ſim & fuerim
Pluſquamperfecto ut amatus eſſem fuiſſem.
Futura ut amer.
Subiunctiua inſtantis paſſiua cum amer.
Præterita imperfecta cum amarer.
Perfecta cum amatus ſim uel fuerim.
Pluſquamperfecta cum amatus eſſem fuiſſem.
Futuro cū amatus ero fuero.
Paſſiua infinita inſtantis amari.
Præterita amatum eſſe.
Futuri amatum iri.
Participia præteriti paſſiui amatus.
Futuri amandus.
Paſſiua impersonalia amatum amatu.
Appellatio amatio.
Nomen amator.
Aduerbium amabiliter.

Ergo in primo ordine ita ut prædictum eſt, ſecundam perſonam per as obſeruabis finitam, ut amo amas, quæ a litera per to am declinationem media inuenitur. Futura primam perſonam per bo ut amabo. Opta.em. Coniunct.ro. Imperatiuus modus a literā habet, ſubtracta s ut ama, & impones re literas & facies infinitiuum ut amere.

Declinatio Verbi ordinis Secundi.

Exerceo ces cet.
Et pluraliter exercem' tis cent.
Præterito impfecto exercebā.
Præterito perfecto exercui.
Pluſquāperfecto exercueram.
Futuro exercebo.
Imperatiua inſtantis exerce.
Futuro exerceto.
Optatiua inſtantis & imperfecta ut exercerem.

Præterito perfecto utinam exercuerim.
Pluſq̃perfecto ut exercuiſſem
Futuro utinam exerceam.
Subiunctiua inſtantis tẽporis cum exerceam.
Præteriti cum exercerem.
Præterito perfecto cum exercuerim.
Pluſq̃perfecto cũ exercuiſſem
Futuro cum exercuero.
Infinita iſtãtis actiui exercere.
Præteriti exercuiſſe.
Futuri exercitum iri aut exercitum eſſe.
Participia inſtantis exercens.
Futuri exercitūrus.
Supina aut aduerbia exercẽdi do dum. Exercitum exercitu.
℄ Paſſiua inſtãtis tẽporis indicatiuo modo. Exerceor exerceris exercetur.
Pluraliter exercemur exercemini exercentur.
Paſſiua imperfecta exercebar.
Præterita perfecta exercitus ſum.
Præterita pluſq̃ exercitus eram fueram.
Futura exercebor.
Imperatiua inſtantis paſſiua tẽporis exercere, exerceatur.
Futura exercetor tu exercetor ille.
Optatiua paſſiua inſtantis & imperfecta ut exercerer.
Perfecta ut exercitus ſim fuerim.
Pluſquamperfecta ut exercitus eſſem fuiſſem.
Futura ut exercear.
Subiunctiua paſſiua temporis inſtantis cum exercear.
Præterita imperf. cũ exercerer
Præterita perfecta cum exercitus ſim fuerim.
Pluſq̃ cum exercitus eſſem. fuiſſem.
Futura cum exercitus ero fuero.
Infinita iſtãtis paſſiua exerceri.
Præterita exercitum eſſe.
Futura exercitum iri.
Participia præteriti paſſiua exercitus, Futura exercẽdus.
Verbũ ordinis ſecundi, actiuũ temporis inſtantis, numeri ſingularis.
Appellatio exercitatio.
Nomen exercitator.

℄ In ſecundo ordine obſeruandum eſt quod ſecunda perſona inſtantis per es facit, ut exerceo exerces, quæ e litera per totam declinationem media inuenitur. Futuri prima perſona atque ut in primo ordine per bo, ut exercebo, Optatiuo eam. Subiunctiuo ro, Imperatiuus modus e literã habet, ſublata s ut exerce, cui imponens re literas & facies infinitiuum, ut exercere.

℄ Declinatio Verbi ordinis Tertii.

¶ Verbum infinitum, ordinis tertii, actiuum, temporis inſtantis, numeri ſingularis.

¶ Premo mis mit.

Et pluraliter p̄mimus tis mũt.

Imperfecta premebam.

Perfecta preſſi.

Pluſquamperfecta preſſeram.

Futura premam.

Imperatiua inſtantis preme at.

Futura premeto.

Optatiuo inſtantis & præteriti imperfecti ut premerem.

Præterita pfecta ut preſſerim.

Pluſquamperfecta preſſiſſem.

Futura premam.

Subiunctiua inſtantis cum premam.

Preteriti imperfecti cum premerem.

Præteriti perfecti cũ preſſerim.

Pluſq̃perfecti cum preſſiſſem.

Futura cum preſſero.

Infinita inſtantis temporis premere.

Præteriti preſſiſſe

Futuri preſſum ire.

Participia inſtantis temporis premens.

Futuri preſſurus.

Supina premendi do dum.

Participia preſſum preſſu.

¶ Paſſiua inſtãtis tẽporis, indicatiui modi premor ris itur.

Et pluraliter premimur mimini untur.

Paſſiua preteriti imperfecti premebar.

Præteriti perfecti preſſus ſum fui.

Pluſquamperfecto preſſus erã fueram.

Futuri premar

Imperatiua inſtantis premere prematur.

Futuro premitor.

Optatiua temporis inſtantis & præteriti imperfecti ut præmerer.

Pręteriti ut preſſus ſim fuerim

Pluſquamperfecti preſſus eſſem fuiſſem.

Futuri premar.

Subiunctiua inſtãtis cũ premar

Preteriti imperfecti cũ p̄merer

Præteriti perfecti cum preſſus ſim fuerim.

Pluſquamperfecti cum preſſus eſſem fuiſſem.

Futuri cum preſſus ero fuero.

Infinita inſtantis premi.

Præteriti preſſum eſse.

Futuri preſſum iri aut preſſum eſse.

Participia præteriti preſſus.

Futuri premendus.

Appellatio preſſio.

Nomen preſsor.

¶ Ergo tertius ordo eſt, qui per is correptam exit, ut premo premis, dico dicis, ago is. huius futurum tempus in am exit, ut premam, Imperatiua in e literã facit, ut preme, cui adpones re literas & facies infinitiuũ ut premere. Rurſus i tertii ordinis

uerbo

uerbo futurum finitur, hoc differt, quod in primo & ſecundo ordine bo facit, in tertio uero per am. Item optatiua per am, ſubiunctiua uero p ro ut finitiua, premam, agam, dicam, Optatiua, ut premam, agam, dicam. Subiunctiua, ut cum preſſero, legero, dixero. Meminiſſe autem debemus eorum uerborũ, quæ ſunt tertii ordinis duo genera eſſe, unum eorum, duorũ ſecũda pſona p is literas correptas terminatur, ut ago agis. alterũ eorũ quorum per is literas productas terminatur, ut ſeruio ſeruis.

¶ Sed excepto tempore & productione literarum per totã declinationem hiſdem literis terminatur, quare in uno ordine ea copulare non dubitamus. Præterea animaduertendũ eſt pteritũ imperfectum uerborum eorum, quæ ſunt tertii ordinis ex prima perſona finit, quæ per io literas terminantur, ſemper per io literas medias terminari, ut facio faciebam, & ſimilia. & ideo ſummo errore aguntur, qui ſeruibam & ſeruibo dicunt, quod obſeruatur in his uerbis, quæ quarti ordinis eſſe diffinimus. Sed eos fallit ſecunda perſona finitiui ſimili tempore & productione iſdem is literis terminata, uidelicet non proſpicientes primã perſonam quarti ordinis ubiq; p io terminatã, ordinis diſtinctionem declinationiſq; differentiam facere.

Præteriti formatio in uerbis tertiæ coniugationis. Seruibam, ſeruibo dici non poteſt.

¶ Declinatio uerbi ordinis quarti.

¶ Verbũ ordinis quarti actiuum & paſſiuũ finitũ, temporis inſtantis, numeri ſingularis & pluraliter actiui inſtantis.
¶ Audio dis dit.
Et pluraliter audimus tis unt.
Præteriti impfecti audiebam.
Præteriti perf. audiui.
Pluſq. audiueram.
Futuri audiam.
Et paſſiua audior diris ditur, audimur mini untur.
Paſſiua imperf. audiebar.
Paſſiua perf. auditus ſum fui.
Pluſquampfecti auditus eram fueram.

Futuri audiat.
Imperatiua inſtãti actiua, audi
Futuri audito tu, ille.
Optatiua inſtantis & præteriti imperfecti ut audirem.
Perfecti ut audierim.
Pluſq. ut audiuiſſem.
Futuri ut audiam.
Subiunctiua inſtantis cum audiam.
Præteriti impfecti cũ audirem.
Perfecti cum audierim.
Pluſq. cum audiuiſſem.
Futuri cum audiero.
Imperatiua paſſiua inſtantis audire.
Futuri auditor tu, ille.

Optatiua inſtanti & præteriti imperfecti ut audirer.
Perfecti ut auditus ſim fueri
Pluſq. auditus eſſem fuiſſem.
Futuri ut audiar.
Subiunctiua inſtantis temporis cum audiar.
Præteriti impfecti cũ audirer.
Præteriti pfecti cum auditus ſim fuerim.
Pluſquamperfecti cum auditus eſſem fuiſſem.
Futuri cum auditus ero fuero.
Infinitiua ĩſtãtis actiua audire
Præteriti audiſſe.
Futuri auditum ire aut audi/turum eſſe.
Infinita paſſiua temporis inſtantis audiri.
Præteriti auditum eſſe.
Futuro auditum iri.
Participia paſſiua præteriti auditus.
Futuri audiendus.
Appellatio auditio.
Nomen auditor.
Participia actiui inſtantis audiens.
Futuri auditurus.
Supina actiua ut aduerbia audiendi do dum.
Paſſiua auditum auditu.

Temporũ formationes in uerbis quartæ coniugationis.

¶ Quartus ergo eſt ordo ubi ſecundi perſona finita per is ſyllabam terminatur, ut audio audis, haurio ris, cuius futurum tempus bo & am terminatur. Sed iſta differẽtia eſt, ſi prima perſona finitiuorum eo terminatum uerbum inuenies huius ordinis futurum tempus per bo efferes, ut tranſeo trãnſis tranſibo. redeo dis dibo, cætera am finies, ut haurio is am. munio is am. Imperatiua facies ſublata s litera de ſecũda perſona finitiuorũ, ut audio audi, cui adpones re, & facies infinitum, ut audire.

¶ Alii dixerunt in quarto ordinis uerbo futurum finitum tantundem inter ſe differre, quantum in uerbo ſecundi ordinis, nam dicimus adibo, & utinam adeam, & cum adiero. ſed in hoc amplius obſeruatur præteritum imperfectum, media e litera tantummodo detracta i literam recipere, ut adibam, præteribam, nam ut detrahatur e litera tempore imperfecto, & futuro finitiuo b addatur, prima perſona eius præbet obſeruationem, quæ per eo terminatur, quamuis ſecunda perſona is literis ſimiliter productis terminetur. Cuius autem ordinis ſit uerbum, facile intelligi poterit ex infinitiuorum obſeruatione. primi enim ordinis uerbum ante nouiſſimã ſyllabam a accipit, ut amare. ſecundi e productam, ut habere. tertii e correptam, ut ſcribere. quarti productum i, ut munire. poteſt & alias, Si enim ſecundæ perſonæ accipias nouiſſimam literam & adiicias re, fa/

tis infinitiua, ut amo amas amare,habeo habes habere.

ℭ Eo uerbum quarti ordinis eſt.& quæ ex eo compoſita ſunt, ut exeo, tranſeo, prætereo, adeo,abeo,ueneo ineo, prodeo,hæc quamuis ſint quarti ordinis,tamen imperfecto tempore e non admittunt,ut ibam ibamus,exibam exibamus, & ſimiliter.item eadem futura finitiuorum declinantur, ut ibo bis bit, & cætera ſimiliter. Item participium exiens & gtũs exeuntis in quarti ordinis futurum in am eſt, ſed cum in bo effertur, quotiens eſt exeo quod eſt eo πορεύομαι, & quæ ex ipſo deriuantur,ueneo πιπράσκομαι,tranſeo παρέρχομαι ❀ circumeo περιέρχομαι,exeo ἐξέρχομαι ❀ prætereo διαβαίνω, adeo προσέρχομαι, abeo ἀπέρχομαι, ineo εἰσέρχομαι, prodeo προέρχομαι.

Eo is uerbum quarti ordinis Tranſeo Prætereo Adeo, Abeo Venio, Ineo Prodeo quomodo præteritum faciant & futurum.

ℭ Igitur ex quatuor ordinibus uerborum declinationem bifariam actiuorũ & paſſiuorum plenã per ſpecies digeſſimus ex diſcrimine eius,in cæteris omnibus uerbis ❀ ne ſit opus pluribus inſtrui,quod ſatis ex iſtis cognoſcetur ſed tamen quædam de differentia obſeruatio ❀ reſpeximus ſimul cuiuſq; ordinis uerbum,quibuſq; temporibus& quales breuitates recipiant iuxta ueteres auctores,& eſt primi ordinis actiuum,tempori finitiuo perfecto hoc recipit & peragit,quod frequenter in uſu ꝑ parauiſti paraſti, itẽ parare ꝑ parauere,pararunt ꝑ parauerunt.Itẽ pluſqꝑfecto pararam ras rat,pararamus ratis rant. pro parauerам ras rat,parraueramus ratis rant. Item optatiuo perfecto,utinam pararim pro parauerim &c. Item ſubiunctiuo futuro pararo pro parauero.prætereа in paſſiuo eiuſdem ordinis finitiuo imperfecto parabare pro parabaris. item futuro parabere pro parberis. item optatiuo præſenti & imperfecti utinam pararis ꝑ paraueris ❀ præſenti & imperatiuo in optatiuo futuro & in coniunctiuo utinã amare ꝑ amaris,parare pro pararis.

ℭ Ordinis ſecundi

ℭ In ſecundi ordinis ❀ hæc reperiũtur ❀ habere ꝑ haberis ❀ In paſſiuo autẽ eiuſdẽ impfecto finito habebare ꝑ habebaris.futuro habebere ꝑ habeberis.optatiuo præſenti & imperfecto utinã habebere pro habeberis. ſubiunctiuo imperfecto cum haberere pro habereris.futuro optatiuo & ſubiunctiuo inſtanti habeare pro habearis.

¶ Ordinis Tertii.

¶ Rurſus in tertio ordinis finito perfecto ſcripſere pro ſcripſerunt. item conſueſtis pro conſueuiſtis, conſuerunt pro conſueuerunt, peti petiſti pro petiui petiuiſti. at in paſſiuo eiuſdē imperfecto infinitiuo ſcribere pro ſcribebaris, & in futuro ſcribere ꝑ ſcriberis, & in optatiuo præſenti imperfecto & in coniunctiuo imperfecto ſcribere ἀντι τοῦ ſcribereris. Itē optatiuo futuro & in coniunctiuo præſenti reuertare ꝑ reuertaris.

¶ Ordinis quarti.

¶ Amplius in quarto ordine finitiuo perfecto ueni ueniſti uenit, ἀντι τοῦ ueniui ueniuiſti ueniuit. item adiere pro adierunt. In paſſiuo autem eiuſdem imperfecto adibare pro adibaris, futuro adibere ἀντι του adiberis. Optatiuo præſenti & imperfecto & coniunctiuo imperfecto adirere pro adireris. Item optatiuo futuro & cōiunctiuo præſenti apud auctores hiſtoricos ut apud Saluſtium, Liuium, parare, arcere, facere, adire, pro parabant, arcebant, faciebant, adibant, ut ex ipſis lectionibus cognoſci poterit. Item quaſi infinitum in uerbis reperitur, adoratum eo, pranſum eo, perditum eo, locutum eo, auditum eo, uenum eo. Item confitendum eſt, agendum eſt, adeundum eſt, ut in omiſſa ordinum obſeruatione generaliter abſoluam. admonendi ſumus infinitiua paſſiua uerba ita ſolitos terminare, ut agitarier, docerier, legier, audirier, poſteriores i litera ut agitari, doceri, legi, audiri. In ſecunda perſona actiuorum numero ſingulari, finitiuo modo ueteres ita declinabant, amare ꝑ amaris, ut amor amare amatur, docere ꝑ doceris, ut doceor docere docetur, munire pro muniris, & ſimiliter per tēpora inſtātis & præteriti imperfecti & futuri in optatiuis & ſubiunctiuis efferebant, tantum abſunt hæc perfecto & pluſquamꝑfecto in tertia perſona actiuorum numeri pluralis finitiui modi, temporis ꝑfecti duntaxat figura hac obſeruantur, ut iam adnotauimus amauere ꝑ amauerūt, docuere pro docuerunt, dixere pro dixerunt, muniere pro munierūnt, quam figuram alii duplicem exiſtimant, de qua etiam Velius Longus in ſecundo Aeneidos ſatis commentatus eſt, Conticuere omnes intentiq; ora tenebant.

¶ Quidam grammatici dicunt in paſſiuorum imperatiuis non eſſe cōiungenda tempora præſentis & futuri, ſed ita diſtinguunt, ut id quod pro utroque notauimus eſſe præſentis tantum, fu-

turi autem in hunc modum declinari, amator ametur. Pluraliter amemur amemini amentur, mouetor moueatur. Pluraliter moueamur moueamini moueantur. uincitor uincatur, Pluraliter uincamur mini cantur. munitor muniatur, Pluraliter muniamur mini antur, & ſimilia. ſed tota iſta declinatio adeo abſurda uidetur, ut apud auctores etiam rariſſima ſit.

Supina & gerundia uerba quæ

¶ Verba ſupina ſunt hæc, dicendi dicendo dicendum, doctũ doctu, quæ quidem declinant primo finitiua adiungentes, non ſimilia quidam putant uerba infinitiua, alii inter aduerbia qualitatis poſuerunt.

¶ De Coniugationibus quas nos ordines prædiximus.

Comminianus grammaticus
Coniugatio qd.

¶ Comminianus diſertiſſimus grammaticus ita diſſeruit. Coniugationes quas græci συζυγίας appellant, ſunt apud nos tres, Prima, Secunda, Tertia, hæ dinoſcuntur in uerbis actiuis & neutralibus ſic.

Coniugatione quot & quæ

¶ Primæ coniugationis uerba, indicatiui modi, temporis præſentis, perſona ſecunda, as literis productis terminãtur, ut amo amas, canto tas. Secundæ coniugationis uerba, indicatiui modi tẽporis præſentis, pſona ſecunda, es literis pductis terminantur, ut uideo es, moneo es, ſedeo es. Tertiæ cõiugationis uerba indicatiuo modo, temporis præſentis, perſona ſecunda is literis interdum producte, interdum correpte terminantur. Corepte, ut lego legis. producte, ut audio audis, nutrio nutris.

¶ Primæ coniugationis uerba indicatiui modi, temporis præſentis, perſona prima aut o litera nulla alia præcedente uocali terminantur, ut amo as, cãto as. aut e & o, ut commeo as, calceo as. aut i & o, ut lanio lanias, ſatio ſatias. aut uo, ut adiuuo adiuuas, ſubleuo ſubleuas.

Temporũ formationes in uerbis omnium coniugationum.

¶ Primæ cõiugationis uerba impatiui modi, tẽporis præſentis, ad ſecundã pſonã a litera terminãtur, ut amo ama, canto canta.

¶ Primæ coniugationis uerba, promiſſiuo modo adiecta ad imperatiuum modum bo ſyllaba terminantur, ut ama amabo, canta cantabo. Primæ coniugationis uerba, infinitiuo modo adiecta ad imperatiuum modum re ſyllaba terminnantur, ut ama amare, canta cantare.

¶ Primæ coniugationis uerba indicatiuo modo, tempore præterito, ſpecie perfecta, adiecta ad imperatiuum modum ui ſyllaba terminantur, ut ama amaui, canta cantaui, ſed conſuetudo

ſæpe breuitatem appetens, a literam ſubtrahit, & i ab ū diſ iungit, ut tona tonui, intona intonui, ut apud Virgilium, Intonuit læuum.

Primę cōiugationis uerba, indicatiuo modo, tēpore ipfecto ſpecie inchoatiua, adiecta ad imperatiuum modum bam ſyllaba terminantur, ut ama amabam, canta cantabam. Primæ coniugationis uerba indicatiuo modo, tempore præterito, ſpecie recordatiua adiectis ad imperatiuum modum ueram ſyllabis terminantur, ut ama amaueram, canta ueram.

Secundæ coniugationis uerba indicatiui modi temporis præſentis, prima pſona, eo literis terminātur, uideo uides, moneo mones. Secundæ coniugationis uerba imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam perſonam per e literam exeunt, ut uideo uide, moneo mone. Secundæ coniugationis uerba, paſſiuo modo, adiecta ad imperatiuum modum bo ſyllaba terminantur, ut uide uidebo. Secundæ coniugationis uerba, infinito modo, adiecta ad imperatiuum modum re ſyllaba manēte productione terminantur, ut uide uidere, mone monere. Secundæ coniugationis uerba, indicatiuo modo, tempore præterito, ſpecie abſoluta & exacta forma regulæ non ſeruiunt, ſed potius conſuetudine declinantur, interdum enim reſoluuntur & in formam paſſiuorum & deponētiū, ſic fit enim, ut ab eo quod eſt audio auſus ſum es eſt, & in exacta ſpecie, auſus eram eras erat. Interdum retinētia formam generis ſui, euphoniæ potius q̄ rationi ſuccumbunt, ut uideo uidi, moneo monui, augeo auxi. Secundæ coniugationis uerba, indicatiuo modo, tempore prętерito, ſpecie inchoatiua adiecta ad imperatiunm modum bam ſyllaba terminantur, ut uide uidebam, mone monebam.

Exacta ſpecie preterito pluſ quamperfecto.

Tertiæ coniugationis correptæ uerba, indicatiuo modo, tempore præſenti, prima perſona, ut o litera nulla alia præcedente uocali terminantur, ut lego legis, peto petis. aut io, ut rapio rapis, facio facis. aut uo, ut induo induis, inruo inruis. Tertiæ coniugationis correptæ uerba, quæ indicatiuo modo, tempore præſenti, de prima perſona aut o, litera, nulla alia præcedente uocali terminantur, ut lego l ege, peto pete quæ uero uo, eadem imperatiuo modo retinebunt, ut induo indue, irruo irrue. Tertiæ coniugationis correptæ uerba promiſſiuo modo, am ſyllaba terminantur, præce

Verborum terminationes per coniugationes & modos

dente autē conſonante primæ poſitionis ✠ peto petā, rapio rapiā, facio faciam, induo induam inruo inruā. Tertiæ coniugationis correptæ uerba, infinitiuo modo, adiecta ad imperatiuum modum e ſyllaba manente correpta, re terminantur, ut lege legere, pete petere, rape rapere, face facere, indue induere, inrue inruere. Tertiæ coniugationis correptæ uerba, indicatiuo, tempore præterito, ſpecie abſoluta, exacta forma regulæ, ut lego legis legeram, rego rexi rexeram, pungo pupugi pupugeram, expungo expunxi expunxerā, induo indui indueram, inruo inrui inruerā. Tertiæ coniugationis correptæ uerba, indicatiuo modo, tempore præterito, ſpecie inchoatiua adiecta ad imperatiuum modum bam ſyllaba terminantur, præcedente autem conſonante primæ poſitionis aut uocali, ut lege legebam, pete petebam, rape rapiebam, face faciebam, indue induebam, inrue inruebam.

ℭ De tertia Coniugatione producta.

ℭ Tertiæ coniugationis productæ uerba, indicatiuo modo, tempore præſenti, de prima perſona, aut eo literis terminantur, ut adeo adis, prodeo prodis, aut io, nutrio nutris. Tertiæ coniugationis productæ uerba, imperatiuo modo, tempore præſenti ad ſecundam perſonam i productam terminantur, ut audio audi, prodeo prodi, adeo adi, exeo exi. Tertiæ coniugationis productæ uerba, indicatiuo modo, tempore præſenti, de prima perſona ſi eo habuerint ante, eadem, promiſſiuo modo, adiecta ad imperatiuum modum bo ſyllaba terminantur, ut adeo adi adibo, prodeo prodi prodibo. quæ uero io eadem promiſſiuo modo am ſyllaba terminantur, ut audio audiam, nutrio nutriam. Tertiæ coniugationis uerba productæ, infinitiuo modo, adiecta ad imperatiuum modum re ſyllaba, manente producta terminantur, ut audi audire, nutri nutrire. Tertiæ coniugationis productæ uerba, indicatiuo modo, tempore præſenti, ſpecie abſoluta adiecta ad imperatiuum modū ui ſyllaba terminantur, ut audio audiui, nutrio nutriui, ſed tamē in omnibus cōſuetudo breuitatem appetens u literam ſubtrahit, & i literam geminat, ut audii prodii, nutrii. Tertiæ coniugationis productæ uerba, quæ indicatiuo modo, tempore præſenti, de prima perſona eo literis terminantur, eadem indicatiuo modo tempore præterito ſpecie inchoatiua, adiecta ad imperatiuum modum bam ſyllaba termi

nantur, ut adeo adi adibam, prodeo prodi prodibam. Quæ uero io eadem iniiciunt, e prope ultimam ſyllabam, ut audio audi audiebã, nutrio nutri nutriebã, ſed hæc ueteres ſine e litera pronuntiabant, audibam & nutribam dicentes, ut apud Virg. Nutribat Turnuſq; pater, p nutriebat. Tertiæ coniugationis producta uerba, indicatiuo modo, tempore præterito, ſpecie exacta adiectis ad imperatiuum modũ uerã ſyllabis terminantur, ut adeo adi adiueram, nutrio nutri nutriueram, ſed tamẽ in omnibus conſuetudo breuitatem appetens, u literam ſubtrahit, & i literã corripit, ut audieram, prodieram, nutrieram. Sunt & aliæ uerborum ſeu coniugationũ obſeruationes diuerſæ, quas, cõpletis ordine partibus octo orationis, deinceps adiungemus:–

Audibam pro audiebam
Nutribam pro nutriebam
Audieram pro audiueram.

DE PARTICIPIO.

Participiũ quid

PARTICIPIVM eſt pars orationis cum tempore & caſu ſine perſona actiua aut paſſiua aliquid ſignificans, ut limans, legens. In participiis eadem plærunq; omnia obſeruabimus, quæ in apellationibus uerbiſq;.

Participiorum tempora.
Participia Actiua, Paſſiua Neutra.

❡ Participiorũ alia ad præteritũ tẽpus referũtur, ut limatus, ſcriptus. alia ad inſtans, ut limãs, ſcribẽs. alia ad futurũ ut limaturus, ſcripturus. Præteriti tẽporis quædã ſunt actiua tãtũmodo, quædã paſſiua. Actiua limatus, ſcriptus. paſſiua figuratus, ablatus. neutra natus, ortus. Formã uerborum poſſumus exprimere, tam actiua q̃ paſſiua ſunt, alia uadatus, criminatus, tam egiſſe quid q̃ paſſum eſſe ſignificant. itaq; inſtanti futuroq; fiunt æqua, ut uadãs, criminans, uadaturus, criminaturus. Participia quæ um exeunt, fiunt etiam uerba infinitiua, ut ſcriptum, lectum. Sunt participia quorum declinatio in præteritum non uenit, partim enim actiua, partim neutra ſunt, & quidem actiua ea quibus contraria non extant, ut ambulans, currens, neutra, ut uidens, dormiẽs. Participia quædam actiua, aut paſſiua ſunt, ut amans amatus, dolens, dicens. participia præteriti & futuri temporis genera diſtinguunt, ut doctus docta doctum. Futuri, docturus doctura docturum, præſentis confundunt ut docens. His tamen pauca diſcrepant quæ non latine, ſed conſuetudine pronuntiantur, ut pudibundus, ludibundus, quorum & fœminina ſuam habent formam cum neutralibus, nam & pudibunda & ludibunda, & pudi

bundum ludibundum dicimus,participia ſemper generaliter nõ ſpecialiter feruntur,nunquam enim certam perſonam notãt, ut pulſus pulſurus.participia ſicut uerba,interdum ſemel, interdũ ſæpius agere quid ſignificant , & quidem præteriti temporis lectitans,præſentis lectitans, futuri lectitaturus,nec tamen omnia in eandem formã cadunt,ſicut criminans,rubens,candens.Quædam participia ſunt inceptiua,ut caleſcens,tepeſcens , à quibus neutra naſcuntur fœminina habentia,ut rubens, calens, nec tamen in præteritum exeunt tempus,ſicut ſecans ſectus. Omnia participia præteriti temporis perfectæ rei habent ſignificationẽ, ut emptus, captus.præſentis interdum imperfectæ rei,ut lucens, tepens. Videndum erit ne appellationes quæ in formam participiorum incidunt, participia putentur,ut recens,frequens, decrepitus,haſtatus,togatus, palliatus,barbatus. hæc enim & ſimilia ſpeciem habent participiorum,ſunt tamẽ appellationes,quia nullius in ſe uim uerbi continent.at in fœmininis quædã ſpeciẽ participiorum habent,quædam etiam ipſam uim,ut pictura, litura,ſcriptura,ſunt enim appellationes & participia futuri temporis. in maſculinis liturus, ſcripturus, picturus. At cum dico in uerbo litura eſt,& bona ſcriptura,pictura,mirabiles fiunt appellationes, binaſq; habent ſignificationes, nam ars ipſa pictura appellatur,& opus quod pictum eſt.Item cum dicimus male animatus,bene animatus eſt,utrunq; in appellationẽ cadit,& enim homo eſt tantũ animatus,& eſt tantũ bene animatus,fiunt tamẽ participia.item doctus & ſapiens , nam doctum ita & peritum declinamus ✿ utrunq; tamen appellationis uim obtinet,& nihilominus in participi ✿ a uerbo quod eſt ſapit. Sunt quædã participia præſentis temporis quę nec in præteritum,nec in futurum tempus cadunt , ut potens pollens,quædam præterito carent, ✿ quædam præteritum habẽt ſolum,ut fretus, neq; enim præſens aut futurũ admittit.

Participia frequentatiua
Participia Inceptiua.
Participia præteriti temporis perfectæ rei habent ſignificationem.
Pictura ars ipſa & opus.
Animatus participium.
Male animatus
Sapiens appellatio & participium.

¶ Comminianus grammaticus ita de participio breuiter refert.

¶ Participium eſt pars orationis cum tempore & caſu, participium autem dictũ uidetur,quod partẽ capiat nominis,partemq; uerbi,trahit enim caſum à nomine,tempus a uerbo. Participia autẽ trahũtur à uerbo actiuo duo,præſentis temporis & futuri, ut ſcribens, ſcripturus.à paſſiuo duo, præſentis temporis & fu

Participiũ qd & unde dictũ.
Participia quot & a quoquo uerbo trahantur.

turi.ut ſcriptus ſcribendus.à neutrali duo,præteriti & futuri,ut ſedens ſeſſurus.à communi quatuor, præſens & præteritum & duo futura,uadans uadaturus, uadatus uadandus. à deponenti tria, præſens præteritum & futurum, ut luctans luctatus luctaturus.

¶ Sunt multa nomina quæ ſpeciem participiorum habeant,ut tunicatus, galeatus, quæ cum partem uerbi non habeant, non recte participia dicuntur,neq; enim dici poteſt tunico aut galeo. quædam participia ſimilia ſunt appellationibus,ut paſſus,uiſus, cultus,ſed in declinationibus deprehenduntur,nam quæ participia ſunt,genitiuo caſu in i exeunt,ut huius paſſi,uiſi,culti,quæ uero appellationes in us,ut huius uiſus,cultus. Participiis accidunt genus a nomine,figura ab utroq;,numerus ab utroq;,caſus à nomine, tempus à uerbo,qualitas a uerbo.

Participio quot accidunt

DE ADVERBIO
ex Comminiano.

Aduerbiũ qd
Aduerbia ſuæ poſitionis.
Aduerbia deriuatiua.
Aduerbio quot accidunt
Aduerbiorum ſignificationes.

ADVERBIVM eſt pars orationis,quæ adiecta uerbo ſignificationẽ eius implet atq; explanat. Aduerbia aũt ſuæ ſunt poſitionis,aut ab aliis tráſeunt.a ſe naſcũtur,ut heri nup.ab aliis tranſeũt,ut docte,ſapiens,ſapiẽter,Aduerbiis accidũt,Significatio,Figura,Comparatio. Significationes aduerbiorum ſunt plurimæ,ſignificant enim tempus,ut heri,nuper. locum,ut hic. numerum,ut ſemel.negationem,ut non.adfirmationem,ut etiã. demonſtrationem ut ecce.hortationem,ut heia.optationem, ut utinam.ordinationem,ut deinde.interrogationem,ut cur.ſimilitudinem,ut quaſi.dubitationem, ut fortaſſe.inuocationem, ut heus.reſponſionem, ut heu.prohibitionem, ut ne.communicationem, ut pariter ſimul.ſeparationem ut ſeorſum. comparationem, ut magis,potius. euentum,ut forte. qualitatem, ut bene. quantitatem,ut nimium.Figura in aduerbiis ſicut in omnibus partibus orationis, aut ſimplex eſt, ut iuſte, aut compoſita, ut iniuſte.Comparationem recipiunt aduerbia, quotiens appellationes, unde tranſeunt comparantur, ut docte doctius doctiſſime, quia doctus doctior doctiſſimus. Aduerbiis omnibus præpoſitio ſeparatim adiici non debet. Et hæc quidem breuiter Comminianus grammaticus diſſeruit, aliis autem per ea-

demi, aut eo amplius proceſſerunt ſic.

Aduerbium qd
Aduerbio quot accidant.
Eccere

¶ Aduerbium eſt pars orationis, quæ præpoſita uerbo ſignificationem eius implet atq; explanat. Aduerbio accidunt, Significatio, Cõparatio, Figura. Quædam ſunt loci, ut hic, illic, ibi. temporis, hodie, cras, heri, nuper. numeri, ſemel, bis, centies. negandi, haud, non. monſtrandi, ecce, eccum, eccere. hortandi heia, age, agite, quamuis age & agite uim obtineant actiui imperatiui modi. optandi, utinam, uelim. ordinis, deinceps, deinde. percontandi, cur, quidita, quapropter, quare, q̃uis, quapropter, quar, ei impleát aliquando & confirmandi uicem. ſimilitudinis, ut quaſi, ceu, quaſi, uelut. dubitandi, forſitan, fortaſſis, fortaſſe, fors. percontatiue, mecum, tecũ. uocatiue, heus, ecquis eſt, ohe, heia. reſpondendi, heu. adfirmandi, etiam. prohibendi, ne. communicatiue, pariter, ſimul. ſeparandi, ſeorſum. comparandi, magis, potius. euentus forte. qualitatis bene. quãtitatis, nimiũ. Aduerbia nõ omnia ex p̃poſitis partibus orationis ꝓficiſcũtur, ut ſunt, quæ aut tẽpus ſignificant, ut heri, cras, poſtea. aut locum, ut hic, illiic, ubi, & quę trahuntur ex omnibus, tamen ex omni genere uocabulorum figurantur. Statim enim a litera terminata nomina latina nulla ex ſe aduerbia faciunt latina, nam neq; à Catilina Siſennaque, catiliniter aut ſiſenniter recte dicimus. Hæc igitur introduximus, ut ſciant ſi qui inueniunt, non niſi græca ſe inuenturos, quæ ſcilicet in uſum ueniunt latinitatis. nam & à poeta & pirata, quæ ſunt græca, poetice & piratice dicimus.

Aduerbia non fiunt a nominibus latinis in a terminatis.
Poetice
Piratice

¶ E litera terminata nomina καθολικῶς nulla ex ſe aduerbia faciunt, quæ non ſunt niſi græca, ut Agaue, Telete. ſed neq; ex his Agauice, aut Teletice recte pronuntiabitur.

Aduerbia ex quibus appellationes fiant aut non.
Mucronatim
Aduerbiorum formæ per canones

¶ Fuerunt autem qui ex his, quæ o terminantur, putarent aduerbia trahi poſſe, ut eſt ordo, mucro, diuerſis tamen figuris, ab ordine enim ordinate, & a mucrone mucronatim dicimus. Sed mihi nõ uidetur hoc quod eſt ordinate ab ordine tractum, ſed ab ordinatione, minus a mucrone mucronatim, ſed a mucronato, ac ne ſingula perſequamur unde non proficiſcantur aduerbia, ad ea ueniamus quæ canõnis ratione ſubnixa uidẽtur.

¶ R litera terminata nomina, hanc literam quoties e antecedit, quatuor modis fiunt aduerbia, aut enim e finiuntur, & totidem ſyllabas ſeruant, ut piger æger, pigre ægre faciunt, aut in eandem i literam deſinunt & ſyllabis creſcunt, nam & liber mi

ſerq;, libere miſere faciunt. Tertia ſpecies eorum, quæ er ſyllabã faciunt, celer, acer, celeriter, acriter, ſed circa hoc nomen utiq; ſiſtit quæſtio, quia quidam non putant ab eo quod eſt acer acriter recte factum, ſed ab acris, quod refellitur. nam huius aduerbii ſuperlationes cuius is literis nomina terminantur, ut agilis, docilis & ſuperlatiuo literam ſ geminant, efficiuntq; agiliſſimus, dociliſſimus, agiliſſime, dociliſſime dicuntur, At cum non aliter dicimus acerrime q̃ celerrime, manifeſtum eſt acriter factum ab eo quod eſt acer ut celer. Quarta ſpecies eſt eorum quæ per im literas terminantur, ut paſſer, anſer, paſſeratim, anſeratim. Tenere an teneriter dici debeat quæſitum eſt, nam quidam teneriter efferunt ut celeriter, alii uero tenere ut libere. Sed inſpiciendũ eſt, unde potiſſimum aduerbia figurari debeant, nam cum ſit & tener & celer & liber, eiuſdem terminationis neceſſario ambigitur in aduerbii figuratione, nominatiuus caſus nullum diſcrimen oſtendit, ſequitur itaq; in obliquis caſibus formam aduerbiorum intuemur.

Paſſeratim Anſeratim, Tenere an teneriter. Aduerbiorum forma ab obliquis caſibus internoſcenda.

¶ Ea itaq; quæ genitiuo caſu terminantur per literam i, in e mutant, & faciunt aduerbia, ut ex eo quod eſt pigri, pigre. & nigri, nigre. nec minus etiam quæ creſcunt obliquis caſibus, ut liberi libere, miſeri miſere. Ergo cum per omnes caſus tener non aliter declinetur quàm liber, ſequitur ut tenere proportione dicatur ut libere.

Pigre, nigre Libere, Miſere

¶ Nam ea quæ ter ſyllaba finiuntur, in aduerbiis utique in nomine genitiuum habent is literis terminatum, ut celeris celeriter, alacris alacriter.

¶ Or literis terminata nomina, ut quidem putant, duabus, ſed diuerſis ex ſe figuris aduerbia faciunt, ut orator oratorie, memor memoriter, ſed animaduertendum eſt, nam oratorie non ab oratore ſed ab oratione trahatur, nam ut eſt alicuius uis oratoria & oratorius modus, ſic forſitan figurari poſſit oratorium, unde proficiſcatur hoc aduerbium quod oratorie dicitur.

Celeriter Acriter Alacriter. Oratorie Memoriter

¶ Vr literis terminata nomina faciũt ex ſe aduerbia duobus modis figurata, ut ſatur ſature, fur furtim. notabimus autem ſatur nomen interea eſſe, quæ ad analogiam non pertinent, ut cætera ur literis terminata in genitiuo caſu is finiuntur, ut turtur turturis, murmur murmuris

Satur, Furtim, Satur ad analogiam nõ ꝑtinet.

¶ Es terminata nomina, uidentur ex ſe duobus modis aduerbia figurare

bia figurare, ut quadrupes quadrupedatim , miles militariter, ſed ut in ſuperioribus dictum eſt, militariter ab eo uenit quod eſt militaris.

Quadrupedatim
Militariter

¶ Is terminata in aduerbiis ter finiuntur, ut docilis dociliter, agiliter, atq; quidam conſentiunt, aiunt etiam utiliter dici oportere & faciliter, quoniam quidam ea antiquius uſurpauerint, nõnulli etiam faculter aiunt oportere dici, cuius compoſitum hodieq; in uſu eſt, quoniam quidem dicunt difficulter, ſed ridiculum eſt legem aduerſus conſuetudinem ferre, quæ ſola in noſtro ſermone dominatur de ❀ uſu ꝓnũtiatiuo magis & facile me egiſſe audaciter dixerim, ut uiriliter emiſſe, nec uerebor ne quis me putet uocabulum pro aduerbio poſuiſſe, ſiquidem multa ſunt alia quæ uocabulorum ſpeciem in aduerbiis teneant, nam & Romæ ſum, & rure fui, quid aliud eſt quàm aduerbium loci, nec dubitari tamẽ poteſt, non in his apparere & caſus & uocabuli ſpeciem.

Faculter ex facile.
Difficulter.
Conſuetudo ſola in noſtro ſermone dominatur.
Aduerbia quædam ſpecie uocabulorum.

¶ Vs terminata nomina quinq; modis aduerbia faciunt, aut e correpta, ut malus male, aut e ꝓducta ut doctus docte, aut o producta, ut falſus falſo, aut o correpta ut citus cito, aut im ut ſtrictus ſtrictim, nec tamen his omnibus legibus receſſit cõſuetudo. Nã ut a ſuperioribus recedamus, q ab eo quod eſt humanus humaniter dixerũt & multa ſimilia uſq; ad nos certe conſuetudo ꝑmanſit, ut ab eo quod eſt diuinus diuinitus dicatur , & ab eo quod eſt antiquus antiqtus, cũ interim in his maneãt etiã prioris legis aduerbia ❀ nam nõ minus per hanc ſignificationem diuine & antique dicimus, ſiquidem in differẽtiam ueniat large ab eo quod eſt largiter, quod large ſignificat effuſe & abundanter ut diximus , large & liberaliter patrimonio uſus eſt, & largiter, multum largiter pecuniæ habuit.

Diuiniter aut diuinitus
Antiquitus
Diurne
Antique
Largiter
Large differũt.

¶ Ns literis terminata uno modo faciũt ex ſe aduerbia terterminata, ut decens decenter. Nonnulli etiam ex participiis putauerunt talia figurari, ut Verrius Flaccus, q ab eo quod eſt audens audenter, aut certe ſuperiores dixerunt, quatenus in recenti ❀ inde uſitatum eſt, at audens ❀ participium & cum ex ſe aduerbium facit, uocabuli uicem obtinet tam hæc q̃ ille , q̃ cum recipit comparationem , nam ſicut comparationes non recipiunt participia , ita ne aduerbia quidem tranſeunt, alioquin ſi ab eo quod eſt audens, ſignificatione

Aduerbia a participiis.

participii audenter diceretur proculdubio,& ex eo quod eſt faciens & ſcribens ſimiliter quiddam exprimeremus, aut ſi diceremus audenter tanquam ſapienter,fateor,ſiquidem ſapiens nunquam participium,ſed qua uocabulum eſt,quo quis etiam ſapientior dicitur.In aduerbium tamen non ſapienter ut cum ſapientia,audenter qua audentia,aut ne nos fallat figura quorũdã uocabulorum, quæ eadem eſt participiorum, hanc legem aduertimus,non aliubi inuenturos nos aduerbia ab his partibus orationis terminata,quàm in quibus comparatio poteſt inueniri, ut eſt elegans elegantior eleganter, decens decentior decenter, pudens pudentior pudenter. ſic ergo audens audentior audenter, qua uocabulum,non qua participium in aduerbium tranſigurantur.

Aduerbia a per ti ipiis non figurari.

¶ Rs terminata,duplici modo ex ſe aduerbia faciunt in er decurrentia, quorum unus eſt qui i literam ſeruat ante nouiſſimam ſyllabam,ut uecors uecorditer,alter qui ſine i litera effertur,ut ſollers ſollerter, neq; omnia tamen quæ rs literis terminantur in aduerbia tranſeunt,ſicut concors,iners quoq; habui dubitationem an omnino in aduerbium tranſire poſſit,quãuis in uulgari conſuetudine ſit inerter,non ſtatim tamen annuere debemus niſi auctoritas alicuius eruditi acceſſerit.nam inertiſſime quin recte dicatur, dubitare non poſſumus, cum ab eo quod eſt inertiſſimus ueniat.Fors quoque uariarum figurarum aduerbia facit, dicimus enim forſitan fortaſſe fortaſſis, & conſuetudine quidem obtinuit, ut fortaſſe libenter diceretur, quàm fortaſſis,quoniam fortaſſis auribus noſtris abſurdius uidetur. Forſan & forſitan potius relinquemus,quæ latina eſſe nemo dubitabit, cum & Virgilius dicat,Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit, Forſitan & Priami fuerint quæ fata requires. nec minus fors pro aduerbio ponitur,ut, Fors æquatis cæpiſſent præmia roſtris.

Vecorditer
Sollerter
Inerter aduerbium recipiendum.
Forſitan
Fortaſſe
Fortaſſis
Forſan
Fors.

¶ X litera terminata duobus modis in aduerbia tranſeunt, aut enim im literis terminantur, ut grex gregatim, aut per r ut audax, audaciter, loquax loquaciter. Sed meminerimus audacter eruditorum conſuetudine ſine i litera elatum,non ut procaciter aut loquaciter.

¶ A fœmininis quoque nominibus a litera terminatis naſcuntur aduerbia im literis finita, ut faſcia faſciatim, centuria

centuriatim, decuria decuriatim. nonnulli autem decuriatim & centuriatim, non a curia & centuria, ſed a decurione & centurione tracta putant. ſicuti ab ordine ordinatim, aut ab ordinato, non intelligentes ſimilia nomina non eſſe ordinem & & centurionem, nam ut ordo & centurio ea figura qua utrūq; o terminatur ſimilia ſunt, ita qualitate & ſignificatiōe diſparia, faſciatim quoque non a faſcia putant tractum, ſed a faſce ſiquidem faſciatim tractum non per faſcias ſed per faſces, ut centuriatim non per centuriones ſed per centurias.

Centuriatim *Decuriatim* *Ordinatim* *Ordo* *Centurio* *Faſciatim*

¶ A neutris quoque nominibus trahuntur aduerbia im literis terminata, ut membrum membratim, uber ubertim. nonnullis grammmaticis placet ut à nominibus, ſic etiam à participiis & pronominibus ut a uerbis aduerbia figurari, ut ab eo quod eſt iuſtus iuſte fiat, ab eo quod eſt ſapiens ſapienter dicatur. nec minus a pronomine me meatim, te tuatim, denique ab eo quod eſt curro curſim, pungo punctim. Mihi uidentur errare, quod aduerbium ſapienter putent a participio deſcendere, cum ſapiens tam nomen ſit quàm participium, uerum participium indiget tempore. Comparatio nomen hæc ipſa figurandi ex ſe aduerbia faciat, ſiquidem legens, uocans, nequaquam tranſeant in aduerbia, at an euidenter dicamus, ſapienter, audenter quis dubitat? ſed non ea lege qua participia ſunt, ſed qua etiam comparationem recipiant quod eſt nominum proprium, nam ſi ab eo quod eſt conſtans aduerbium diceretur conſtanter qui dubitabit? & ab eo quod eſt ædifico, ædificans ædificanter dici, & ſi ab eo quod eſt ſapiens ſapienter, item ſapio ſapiens ſapienter, quod cum omnino regula latini ſermonis non admittat, proculdubio remota participia ſunt ab hac figurandorum ex ſe aduerbiorum facultate, & ſi qua uidentur a pronominibus trahi aduerbia, tantum in grammaticorū commētariis animaduertimus in conſuetudine non uidemus, quæ ut fuerint tamen conſenſu publici uſus antiquata ſunt, & ſi nonnullis placet a uerbis fieri aduerbia, ut ab eo quod eſt curro curſim, pungo pūctim. Ego tamen quæro quid ita non potius aduerbia a uocabulis tracta ſint, ab eo quod eſt pūctum pūctim, & ab eo quod eſt curſus curſim, ſic enim ſuperioribus diximus. Nomina us terminata nonnunquam ex ſe aduerbia facere in im exeuntia, ani-

Membratim *Vbertim* *Aduerbia an a pronominibus & participijs & uerbis etiam figurentur* *Meatim* *Tuatim* *Punctim* *Sapienter an a participio figuratum ſit.*

maduertimus enim omnia uerba, quæ non poſſunt etiã ad nomina tranſire, nulla ex ſe aduerbia facere.

Aduerbia localia quot & quæ

¶ Aduerbia localia ſignificant aut in loco, ut Romæ, aut in locum, ut Romam, aut per locum, ut hac, illac. Aduerbia quæ a nominibus trahuntur, aut integram figuram nominum ſeruãt, ut Romæ, Puteolis. aut imminuent, aut immutent, ut domi, noctu, ſicut in nominibus diximus quædam aut comparationem non recipere, aut ſuperlationẽ, aut utrunq; aut prima poſitione carere. Ita enim etiam in aduerbiis hanc m finiatur ſententiæ, ab eiſdem initium ut ſæpe faciunt ſequentes.

Aduerbium qd

¶ Aliis de aduerbiis longius differere ita placuit. Aduerbium eſt pars orationis quæ adiecta uerbo ſignificationem eius explanat atq; implet, ita, Nam cum dico Palæmon docet, nondum ſignifico ſatis uim plenam uerbi, niſi adiecero bene aut male.

Aduerbiorum ſpecies et ſignificationes

Aduerbia qualitatis.

¶ Sed quoniam multæ ſpecies ſunt aduerbiorum, ſingulas adiecimus qualitatis & quantitatis, ſunt quæ ex ſecundo ordine deriuantur in e, ut doctus docte, item lepidus lepide. Excipiuntur autem ex ſecundo ordine duo, quæ in e breuem ueniunt, ut bene male. Sunt quæ à tertio ordine deriuantur in ter, ut fortis fortiter, felix feliciter. excipiuntur ex tertio ordine, ut facilis facile, uilis uile. ſed in compoſitione facilis quod eſt difficilis difficulter facit.

¶ Ex omnibus quæ us terminantur ueniunt comparationes & ſuperlationes, præterq̃ ex bene & male quæ correpta ſunt, ſed ex his, quæ e ante us habent, & i ante us, cõparationes fieri non poſſunt, neq; enim ab idoneo idoneor fieri poteſt, neq; a neceſſario neceſſarior, & ſimilibus.

Aduerbia qualitati per ſingulas terminationes.

¶ Sed qualitatis aduerbia etiã aliis literis terminãtur ĩ us, ut funditus, radicitus, diuinitus, humanitus, antiqtus, cælitus. itẽ in im, ut cæſim, uiritim, alternatim, uicatim, partim, curſim, quadratim, ſeparatim, paulatim, minutatim, ſenſim, furtim, deductim, carptim, uiciſſim. Item in o, ut conſulto, tuto, falſo, ſuperuacuo, cito, ſecreto, bipertito, tripertito, quadripertito, fortuito, cõtinuo, opinato, clandeſtino, matutino. Item in am, ut clam, nequicquam, palam, obuiam, bifariam, trifariam, quadrifariam. Plinius Secundus inter aduerbia qualitatis poſuit dicendo, legendo dicendi, legendi, quæ quidam amplius uerba putant, infinitiua aut uſurpatiua, de quibus & ſupra notauimus.

Dicendo Legendo Dicendi Legendi, aduerbia qualitatis an uerba uſurpatiua.

¶ Numeri aduerbia ſunt, ut totiens, quotiens, aliquotiens, ſæpe, ſæpius, ſæpiſſime, ſemel, bis, ter, quater, deinceps, primum, iterum, tertium, quartum. *Aduerbia numeri.*

¶ Temporis aduerbia ſunt infinitiua, ut olim, aliquando, quondam, nuper, tandem, ſed eſt numeri etiam nunı, ideſt adhuc tandem, iam, tum, inde, iamdudum, unquam, nunquam, mox, interim, cottidie, interea, interdum, ſubinde, quum, nunc, confeſtim, actutum, eueſtigio, ilico, ſtatim, continuo, ſubito, repente & repentino, extemplo, recens, frequenter, ſemper, tantiſper, pauliſper, parumper, poſtea, ante, antea, poſtq̃, anteq̃, dum, donec, donicum, ſimul, ſimulatq;, uix dum. *Aduerbia tēporis infinita*

¶ Item temporis finitiua aduerbia. hodie, cras, perendie, diequarto, heri, nudiuſtertius, nudiuſquartus, nudiuſquintus, mane, ueſperi, noctu, interdiu, pridie, poſtpridie, poſtmeridiem, antemeridiem. *Nudiuſtertius Nudiusquartus Nudiusquintus*

¶ Loci aduerbia ſunt ſic primum in loco, ubi ibi, hic, illic, ibidem, iſtic, intus, foris, comminus. In locum, ut quo, hoc, illo, utro, utroq;, neutro, huc, illuc, iſtuc, iſto, eodem, intro, foras, introrſum, extrorſum, ſiniſtrorſum, retrorſum. Eadem & per s literam extremam efferuntur, ut extrorſus, ſiniſtrorſus & cætera. E loco, ut unde, hinc, illinc, utrinq;, unde, indidem, iſtinc, intrinſecus. Sunt etiam quæ in locum & in loco ſignificant infinita ut ſurſum, deorſum, ſupra, infra, ultra, citra, extra, intra, ſupra, ſubter ante poſt. Per locum, ut hac illac iſtac recta qua. *Aduerbia loci quot & quæ Comminus aduerbium loci Dextrorſumq; Dextrorſus*

¶ Sunt etiam aduerbia quædam in loco, quædam è loco, quædam in locum. ut primum. In loco, ut ubi eras. de loco, ut unde uenis, Roma. in locum, quo is, Romam. Eſt ergo in loco per genitiuum, cum ex primo & ſecundo ordine ueniũt, ut Romæ ſum, Beriti ſum, domi ſum, ſecundum ueteres qui ita declinauerunt. hæc domus huius domi. Cum uero tertii ordinis ſunt ablatiuo caſu utimur, ut Carthagine, Sidone, quanquam recentiores Carthagini & Sidoni ſum, per datiuum uoluerunt. Etenim dicimus ruri ſum, at cum è loco dicimus ablatiuo ex omni nomine ciuitatis utimur, ut Roma uenio, Carthagine uenio, & utique ſine præpoſitione, quanquam cum de præpoſitionibus dicere ceperimus, etiam de hoc plenius adnomare neceſſe eſt.

¶ Negādi aduerbia ſunt, ut non neq; haudquaq̃ parum. Adfir

Aduerbiorum ſignificationes
Parum negandi aduerbium.
Ilicet aduerbiũ affirmandi.

mandi aduerbia ſunt, ut ſcilicet etiam quidni nimirum ilicet profecto plane. Percontandi, ut cur quare quidita & quidnam nonne utrum utrumne an annon. Demonſtrandi aduerbia ſunt, ut en ecce. Optandi ut utinam uelim. Ordinis, deinde deinceps tunc ante poſt. Similitudinis, ita perinde acſi prout. Item adeo uidentur & hæc inter comparatiuas coniunctiones alii poſuerunt tanq̃, ut tanq̃ bonus amicus, tam ille q̃ hic. Dubitandi, fors forſitan forſan fortaſſis fortaſſe. Congregandi, ut una ſimul pariter. Perſonalia, ut mecum tecum ſecum nobiſcum uobiſcũ mea tua ſua noſtra ueſtra. Hortandi, eia age agedum. Compellandi heus. Reſpondendi, ut heu. Prohibendi, ut ne feceris. Negandi, modo ne id facias. Adfirmandi, modo ne tu eras cum accuſator ridiculus eſſes.

¶ In aduerbio nonnunquam, quæſtio oritur, negationis ſit an temporis, utrunq; uidetur in ſe habere & negationem & tempus, neq; enim aliud eſt nuñq̃ q̃ non.

Tot, Quot, Aliquot, aduerbia ne ſint an pronomina an nomina.

¶ Item aduerbia numeri hæc quoq; alii adiecerunt, quot, tot, aliquot, quæ ita poſita inter aduerbia non eſt noſtræ æſtimationis reprobare, certe inter aptota nomina pluralia poſuimus, ſecuti præcepta magiſtri noſtri, alii inter pronomina poſuerunt.

¶ Item ex præpoſitionibus quæ mutato accentu in aduerbia recidunt hæc, intra, intra ſtat, ſupra, ſupra ſtat, extra, extra ſtat, infra, infra ſedebat, ultra, ultra non faciam. citra, citra diſcurrit. circa, circa equitatum, iuxta, iuxta facit ideſt ſimiliter, contra, contra condit, ſubtus, ſubtus erat, coram, coram ſtetit ideſt palam. ante, ante ueni, poſt, poſt ſedet, prope, prope cecidit hoc eſt penè, uſq;, uſq; illum multauit, hoc eſt ualde, item illo uſq; con ueniſſet, ſubter ſuper & quamdiu ſine caſibus enumerantur aduerbia erunt, receptis caſibus præpoſitiones ſunt.

Translatui
Dimiſſui
Receptui
Oſtentui
Decori
Vſui eſſe aduerbia.

¶ Inter aduerbia quidam hæc poſuerunt, quæ etiam apud ueteres obſeruata ſunt, ut tranſlatui, dimiſſui, receptui, oſtentui & ſi eiuſmodi ſunt alia quæ caſui dantur, dãtur in quibus obſeruabimus ita dicere, tranſlatui eſt & tranſlatui facit, mittit tranſlatum non dicimus, & cætera ſimiliter. quidam tamen dicunt ſimilia his eſſe decori, uſui & cætera, conlata ſunt aduerbia. Varro ſic eſſe in tertio Περὶ χαρακτήρων, propius, proxime, in his extra conſuetudinem cõmunium frequenter perfectis uti ſolet. Plautus in Aulularia, Ea ſubleuit os mihi pleniſſime, & in Muſtella

ria, Quid faciam? in latebras condas pectori penitiſſime. & in Curculione, Salue oculiſſime homo. ſed num oculiſſime βραχέως legendum inter aduerbia à pronominibus deducta aliquid ex eo quod eſt quiſpiam. quicque ex eo quod eſt quiſq;, quid num quid.

¶ Iulius Romanus ita refert de aduerbio ſub titulo ἀφορμῶν. Aduerbium eſt pars orationis quæ adiecta uerbo ſignificationẽ eius explanat atq; implet. Eſt enim uerbum ſcribo, cui ſi adiiciatur bene ſiue male quod eſt aduerbium, faciet bene ſcribo, male ſcribo. Eadem eſt & in græcis aduerbiis cum artibus conſtitutio, ἐπίῤῥημα ἐςὶ μέρο λόγου ἄκλιτος ἐπὶ τὸ ῥῆμα τὴν ἀναφορὰν ἔχον ❀ qua ratione igitur σχετλιασμὸν δειλωτικὰ ἐπιῤῥήματα dixerunt, parum ſpecto quam partem orationis inde non ut numerum octo partium articulo, ideſt, τῷ ἄρθρῳ deficiente ſupplerent, Sed qui uidebant aduerbium eſſe non poſſe, ſegregauerũt, non quia neſciam quædam aliis partibus orationis aduerbia eſſe communia, & iam ut nominis iuncta conſortiis, ut gratis, falſo, uero, ſubito, domi eſt, domi uenit. nec minus uerbo ut ſubito. Item coniunctionum nexibus ſtrictiora ut cum dicimus, inquit Vmbrius primus, ubi ſic ergo aut præpoſitionibus ſimilia, ut pro ſub per propter, & Vmbrius tamen interiectibus locum non dedit. Cum autem extrema linea duci poſtremo uel ab his poſſet, qui eam orationis partem aduerbii totam eſſe uoluerunt, quorum ſi quis defenſionem ineat, tamen ꝙ idcirco πανδέκτοις à Stoicis ea pars orationis habeat, eodẽ illo ſummo ueri ſe poſſe reſpiciet, unde confidit, nam cum πανδέκτοις iure dicatur, cur non alligat conſortium ſui. Iam quoq; interiectionis expertem uocauit ſecretius, niſi quod rideri metuerunt ❀ tametſi, etſi, nec nam quidem ratio temere ſe deliberationi ſuæ ſententiiſq; permiſit, qui ❀ propriæ uirtutis cum orationem iſtam uinclis alienæ ſeruitutis eximere non etiam tum ❀ exitus Græciæ qui tamen nulli ſunt. Iteq; nomen ei partitum acriter reddiderunt. interiectionẽ uero ❀ cachinnum gemitumue dici media pergentes æſtimauerunt, ut inter aduerbia quoq; pergere ſi iuberet affectus, aut ut id multis ſolet caſus adferret, eſſet impunitas. Et qd ego de meris interiectionis uiribus pertimeſco cum etiam quæ

F. ἀφορισμῶν
Iulius Romanus.
Aduerbium qd
Interiectiones aduerbiis admiſceri non oportuit.
Vmbrius primus grammaticus.
Pandectis aduerbium.
Interiectio qd.
Cachinnus
Gemitus

Aduerbium uocandi & reſpondendi.

Aduerbia loci Illoc. Iſtoc.

Aduerbiũ uerborum acceſſu fit multi luminis.

Rumpe moras hortandi aduerbium.

Fidei commiſſorum uoluntas,

omniũ confeſſione putãtur aduerbia, ratio ſubtilior eius partis eſſe noluerit, ſed interiectionis ſenſibus reſeruarit. Quis enim uocandi habet uim, ohe reſpondendi, ea non potius nominibus adiunxit, nec uerbis potuit, licet mallet, omnes etenim aduerbiorum cernimus ſemitas ire cum uerbis ſiue per uerba, nec poteſt ulla qualitas niſi uerbo ſubſequente reſonare.

¶ Loci nanq; ſi fuerit aduerbiũ aut ut illic iſtic hic huc illoc illuc iſtoc iſtuc, per ſe nihil faciet, nec ullam poterit ſignificanti adhibere caliginem, niſi cauſa cum uerbo, aut ut quædã in tenebris lux clarior & fax anteuertat. Itaq; illic ſto, illic ero, illuc ab eo. illicue luctabor uerborum acceſſu fit aduerbium multi luminis ac poteſtatis. Temporis non minus fiet aduerbium, nunc ueni, modo fecit, cras ad bo. Sed & numeri par cauſa rationis eſt, ſemel & enim feci dicimus, bis dixi, ter ante præceperã. Negandi quoq; ſimilis inceptio eſt, minime dixeram, non putaui. Affirmandi, ut quidni putaueram, quippe reſpondit, utiq; certauit, nempe dicebam, pṛſus extinxit. Demonſtrãdi, en abit, ecce uenit, currit, adſiſtit. Hortãdi, age ꝓpera, macte uirtute, eia age, rumpe moras. Optandi, utinam ueniat, uelim currat, quam uoluntatem gaudio proximam eſſe cum dicimus, ut ſeq; ortum antiqua Teucrorum à ſtirpe uolebat, uoti eſſe compotem credimus. Itaq; nec fideicommiſſorum uoluntas æquius acceſſit, ut non in ea præter iudicium q̃uis tacitum nec adſcriptum uotorũ ſolis niſi bus & beneficiis crederemus. Ordinis item produ͂tur aduerbia, ut dein dixit, deniq; ſubſequuta ratio eſt, non minus expedit. Qualitatis, ſtrenue uerſatus, fortiter reſtitit, ſegniter ſubremanſit. Interrogandi, cur reliquiſti, quia non tanti cinxerunt æthera nimbi. Comparandi quoq; ita eſt, dicimus & ſic pater illi deum faciat ſic ſanctus Apollo. & quaſi cum ludas teſſeris, tanq̃ currat. Præferendi, magis poteſt potius eſt credere. Dubitãdi, nam fortaſſe an aut fecit aut facturus eſt. Annuendi, ſcilicet plane uero dicit licet facias. Cauſalis, ideoq; feci, idcirco dixi. Perſonalis etiã uis enim aduerbiorum per eandem uiam tenoremq; rationis incedit, mecum id, tecum eſt, id ſecum duxit, uobiſcum putauit, nobiſcum fuit. Vocandi reſpondendiue uideri poteſt ſimilis inceſſus aut ordo ſermonis, heus curre, heu ueniebam. Abſurdũ utiq; nec ſocium iſti παράλεκτη, dignumque quod interiectionis propria uis & poteſtas agnoſcat. Sed collatio, quanquã com-

parationem Vmbrius Primus ita nominat, defenſionis aliquid poſſit adferre, quantitatis uix poſſe fatearis, quando propemodum ſolis qualitatis aduerbiis nec aliis obſecundet. Iuſtus etenim facit iuſte, dein iuſtius, ſuperlatio iuſtiſſime factum eſſe profitebitur. item docte doctius doctiſſime, ut tam ea quæ qualitatis aut quantitatis habentur aduerbia, collatione priuentur. Quorum ratio cum in e literam dirigatur, ut rare rarius rariſſime, & manifeſte manifeſtius manifeſtiſſime. Cicero tamen ad Atticum libro ſeptimo, ubi tutiſſimo, inquit, eſſent, ferendum etenim eſt illud ad eundem Atticum, rhetoris conuiuis tuis arcano legis, immo uero cum ratione prolatum, etenim hoc non capit collationis officia, ut arcane nius niſſimeq; dicamus, ut falſe fius ſiſſime, ſed ut ſedulo, nec cõſulto, uel tuto. Hæc enim duo poſſunt ordines ducere, & per augmenta uenire ſublimius. itaq; clanculo, non item dicere raro ſed rare duntaxat cum ratione poterimus. Viderit etenim Helenius Acron commentariis, quos Adelphis Terentii non indiligentes attulit, quid altioris cauſæ reiue perſpicit, nam ita dixerit, ut falſo, inquit, & conſulto ita ſedulo dictatum, niſi forte ſine dolo putat eſſe ſedulo. nec cum induſtria aut ideo cum induſtria conſtitutique diuerſum, nec enim conuenit ei cui puerorum ineunte uita ſalus credita eſt reterenti curam ſollicitudinemue quam ceperat. ego uos a pueris uſq; curaui ambos ſedulo, quaſi ei de ſatisfactione criminis doliq; certam dum eſſet, ac non præ ſe ferendum de oſtentatione meritorum. Sed quidam non ea contenti ratione, conſortii iure putant e & o inter ſe literas expedire, quod ego uix adducor ut credam, non quia negem Voturios pro Veturios, & uorſus & olli & contradictum eſſe reperiri. In mediis hæc eſt uerborum, actiuis lepidi pictura ſermonis ❀ e litera terminatur aiunt, quia ſuccedens ei o, aut ei contra litera o ❀ modo uincit, modo alternat, modo par eſt. uincit cum dicimus liquido ſeu raro, & uero non uere uincitur, cum rariſſime dicimus nõ rariſſimo, & condigne & indigne cum poſſumus dicere digno te, & indigno te feciſti, & cũ cotidiane non cotidiano differimus, par eſt ut in multis generibus commodo dictionis ❀ ut Plautus in Friuolaria, Commodo dictitemus non quia negem ultra ſafinum inter quæſtionem oſteatinis ut marucinis eſſe moris e literam relegare, o uidelicet pro eadem

Vmbrius Primus grammaticus.

Rare & non raro.

Helenius Acron in Terentium.

E & o inter ſe cognatæ.

Voturii pro Veturii.

Vorſus pro uerſus.

Olli

O literæ poteſtates

litera claudentibus dictionem. Itaque ueteres nec hæc ſeu facultas ſiue natio ſeu quicquid eſt elegantiarum potuit euadere. Denique quæ Cæpio in M. Aemilium Scaurum lege uaria, Cum ab iſto uiderem, inquit, cotidie hoſtis adiurari, quæ qdẽ ego nõ reprehendẽda nõ iudico, ſi qua ratio fortaſſe non firma nec in legibus ſuis durans, interdumue ſuccumbit, alienis elegantiarum remediis acquieſcens, fideq; proclamat auctoritatis uidelicet, nec adeo ſanctionis alienis uiribus manus tradens, nã cum dialecticæ ſtatum non eadem uia nec ſubſtantia terminarint, & cætera quæ græce ſequuntur, multo magis ego cui danda quidem eſt, ſed tamen cautio impunitas differendi, differentia morabor ingenia loquelarum, quod adeo iudico moderatius exequendum, ut exemplis idem iſtud ſit nobis ratio ſubrogata. Denique Siſenna Mileſiarum libro xiii. haud neſciens regulæ quod ſolis qualitatibus & quantitatibus o literá clauderetur ita protulit, niſi cominus excidiſſet, quanti dantur, tanti, inquit, olympicis ſimul hæc dicens ſuauium dedit, ut ſcilicet ſubſonaret quanti pretii, tum & ſi mox idem pro in dato aliqd quod domi habebis, inqt, quod tibi non magno ſtabit, & tamẽ paſſim magni te facit dicimus & multi, & quod ſæpenumero cõtendere à nobis non definitis, licet Statilius Maximus de ſingularibus apud Ciceronem quæq; poſitis ſæpenumero notet, ut in cæteris an ratio teneat examen, per eaſdem uias pedetentim ſubire conabimur, quidue ſit cum officiis recte conſtitutæq; rationis quidue licentius proditum requiramus, & prius illud præuerbium an aduerbium dici debeat diſputemus.

Q. Cæpionis oratio in Aemilium Scaurum. Lex *uaria.*

Qualitatis aduerbia qua litera clauduntur.

Statilius Maxi*mus de ſingularibus apud* Ci*ceronẽ poſitus.*

¶ Suetonius etenim Tranquillus præuerbium putat dici debere quod ante, ut aduerbium quod poſt uerbum appellationem etiam nonnunquam ponatur. Sed ut facilitas legentibus adſit, non requiſita placeat, non per ſapores ſpeciemque partis iſtius & enumerata membra regulis alligata, ſed ire per literas maxime cum aduerbium Stoici, ut alias diximus, pandecten uocent, nam omnia in ſe capit, quaſi collata per ſaturam conceſſa ſibi rerum uaria poteſtate.

Præuerbiũ qd. A*duerbiũ quid* A*duerbium*

Stoici pãdecten uocant & cur P*andecte quid* S*atura lex*

¶ Aliter pro alias. Saluſtius hiſt. i. Sanctus aliter & ingenio ualidus. Item in eadem. Inſanum aliter ſua ſententia atque aliarum mulierum.

Actutum quid.

¶ Actutum, cito. Maro ix. Tum cætera reddent actutum, pius

Aeneas,atque integer æui Aſcanius.

❡ Alias pro aliter.Terentius in Andria, Quid alias malim q̃ hodie iſtas fieri nuptias.Vbi Fl. Caper de latinitate, non auſim affirmare pro aliter dici, nam neque pronomen eſt, neque aduerbium temporis eſt,ſed proximum uero eſt, ut pro eo quod eſt aliter dictum eſſe fateamur.

Flauius Caper ĩ Terentium.

❡ Abhinc.Pacuuius in armorum iudicio,Seque ad ludos iam inde abhinc exerceant.Plautus in Muſtellaria,Quid abhinc ix. annis occiſus foret.ubi Caper utroq; caſu recte dicimus,q̃uis ut ſordidum & uulgare,inquit,quidam improbent.

Abhinc ex hoc tempore. Ab hinc l annis & annos

❡ Amplius.Lucilius Satyrarum primo, Quo pactum populũ atque urbem ſeruare potis ſit, amplius Romanam ut iudices quotienſcunque ſignificarent adhuc ſe audire uelle, amplius dicebant. Itaque negotium differebant,unde hodieque ampliari iudicium differri dicitur.

Ampliari iuditium,differri.

❡ Ampliter.Plautus pro ample.Omnia enim nomina quæ in qualitate ſunt aut in quantitate,ſi datiuo caſu in o exeant,aduerbia per e literam faciunt, ut doctus docte, amplius ample, ſed ueteres non obſeruauerunt.

Ampliter Ample

❡ Artificioſe.P.Rutilius Rufus de uita ſua libro primo.Pompeius eloborauit uti populum Romanum noſſet, eumque artificioſe ſalutaret.Aſellio quoq; rerum romanarum xl.Tam pulchrum opus, tãq; artificioſe factum paſſus eſt dirui.Vbi Fl.Caper,q̃uis artificioſius dici non poſſet ut malitioſius.

P.Rutilus Rufus de uita ſua. Artificioſe. Pompeius elaborauit ut populũ noſſet, eumque artificioſe ſalutaret.

❡ Acriter. Criſpus tertio. Non tu ſcis ſi quas ædes ignis cæpit acriter, haud facile ſunt defenſu quin & cõburantur proximæ.

❡ Aegre faciam filiis.Idem in eadem,ſubaudiri debet uerbum, ut ſit ægre difficulter. Plautus in Bacchidibus, Aegre impetraui.Itẽ Caſſellius Vindex libro I,ægre ut docte ait poſſe dici.

❡ Breui pro breuiter. M.Tullius de oratore ad Quintum fratrem.Ac ne plura quidẽ quæ ſunt innumerabilia conſecter,comprehendam breui.

Breui pro breuiter.

❡ Confidenter pro audacter. Terentius in Eunucho. Quæ eius confidentia eſt.

❡ Confeſtim ut competenti feſtinatione. Siſenna Mileſiarum xiii. Confeſtim ſequuta eſt.

Confeſtim cum feſtinatione.

❡ Confeſtim pro continuo & ſine interuallo ſe iugi feſtinationis ſtudio pergentis.Saluſtius libro , fecit ut nõtiis cõfeſtim

lugubribus. Vbi Statilius Maximus ordine, inquit, & ſine intermiſſione. Siſenna Mileſiarū xiii. Confeſtim ſequuta eſt. Neuius in Tarentilla & Corollaria. Cotidio ut falſo pro cotidie. Q. Cæpio in M. Aemilium Scaurum lege uaria. Cum ab iſto uiderē cotidio conſiliis hoſteis adiuuari. Similiter & commodo dixerunt, ut Plautus in Friuolaria, Cōmode. Titirius in iuriſperita. Nunc adeo uiſam rem magnam aiebat ſeſe mecum loqui, & commodo & cum exit. Idem in tempore. Siſenna Mileſiarum decimotertio. Eamus ad ipſum, atque ipſe commode de parte ſuperiore deſcendebat.

Q. Cæpio in Aemiliū Scaurum.

❡ Concorditer. Ennius Annalium libro primo. Aeternum ſeritote diem concorditer ambo.

❡ Cæterum. Salluſtius hiſtoriarum quarto. Scio equidem tibi magnas opes uirorum armorum & auri eſſe, & ea re ab nobis ad ſocietatem, ab illis ad prædam petieris. Cæterum conſilium eſt Tigranis regno integro, meis militibus belli prudentibus, procul a domo per noſtra corpora bellum cōficere. ubi Aſper, Cæterum quo modo poſitum eſt pro alioquin conſilium eſt, an pro reliquum conſilium eſt.

Ceterū alioqui Opes uirorum armorū & auri Tigranis regnum.

❡ Communiter. C. Gracchus. Vt lex Papiria accipiatur, qui ſapientem eum faciet, qui ut uobis & Reip. & ſibi communiter proſpiciat, non qui pro Sylla hominem trucidet.

❡ Cotidiano. Africanus in Vopiſco. Etenim cotidiano in rebus maximis qui præpoſitis nunc poteſt qui meo ſit nixu nomine. Fronto quoq; ad Marcum, Inuicem mi ſatis abundeq; honorum eſt, quos mihi cotidiano tribuis.

❡ Compacto. Afranius in Emācipato. Te facere compacto omnia, uerbum enim quæro an poſſit eſſe imperſonale quamuis poſitionis ei ſtatus deſit, nemo enim etiam nunc dicit compaciſcor.

Compacto aduerbium. Compaciſcor nemo dixit.

❡ Dedita opera declinari quidem poteſt ut nomē, ſed tamē uim aduerbii retinet. Neuius in Agitatoria. Quaſi dedita opera quæ ego uolo ea tu non uis, quæ ego nolo ea cupis.

Dedita opera aduerbium eſt.

❡ De compacto. Plautus in Captiuis. Spem de compacto gero.

❡ Donicum pro donec, ita Liuius inquit uſurpat. Ibi manens ſedeto, donicum uidebis me carpento uehementer domum ueniſſe. Plautus quoq;. Inimicus eſto, donicum ego reuenero, ſed & Cato, Cu otioſus ambulas, qui apud regem fuiſti, donicum ille tibi interdixit rem capitalem.

Donicum pro donec.

❡ Duriter

¶ Duriter. Terentius in Adelphis, Ruri agere uitam ſemper parce, ac duriter ſeſe habere, ubi Acron ſecundum antiquorum, inquit, conſuetudinem, nam & Ennius in Pœnice, Quā tibi ex ore orationem duriter dictis dedit.

¶ Doctus lautus, docte laute facit, cur bonus & malus non item producunt in aduerbio e literam, aiunt quidam quoniam & in comparatione diſſimiles ſunt, doctus enim & lautus doctior & lautior facit, malus ac bonus non item. *Bene, Male cur corripiuntur.*

¶ Defricate. Næuius in Tarentilla, Facete & defricate. *Defricate .i. terſe.*

¶ Decolorem pro ſine colore. Cicero Tuſculanarum ſecundo, Cum Herculem daret ingemiſcentem iam decolorem ſanguinem omnem exorbuit. *Decolorem ſine colore.*

¶ Dapſiliter, Næuius in Corollaria, Vltro meretur, quàm orbem ametur, ita dapſiliter ſuos amicos alit. *Dapſiliter*

¶ Dis pro ualde. Plautus in Bacchidibus, Nam illa memorare quæ illum facere uidi diſpudet. Terentius in Phormione, Cum ha pol diſtædet loqui. *Dis pro ualde.*

¶ Efflictim. Næuius in Corollaria, Nolo ego hanc adeo efflictim amare, diu uiuat uolo, ut mihi prodeſſe poſſit, ubi Probus, Vſque donicum exfligatur. *Efflictim quid*

¶ Examuſſim. Plautus in Amphitryone, Examuſſim eſt optima, ubi Siſenna pro examinato, inquit, amuſſis enim eſt tabula rubricata, quæ dimittitur examinandi operis gratia, an rectum opus ſurgat. *Examuſſim* *Amuſſis quid*

¶ Eruditius. Cicero de ſenectute, Qui ſi eruditius uidebitur diſputare quàm conſueuit ipſe in ſuis libris. *Eruditius*

¶ Effrenate. Cicero de ſenectute, Auidæ libidines temere & effrenate ad potiundum incitarentur. *Effrenate*

¶ Emendate. Cicero de optimo genere Oratorum, Nam quoniam eloquentia conſtat ex uerbis & ex ſententiis perficiēdum eſt, ut pure & emendate loquentes, quod eſt latine, uerborū præterea & propriorum & tralatorum elegantiam proſequamur. *Emendate* *Tralata uerba*

¶ Elate. Cicero de optimo genere Oratorum, Ita fit ut Demoſthenes certe poſſit ſummiſſe dicere & elate, Lyſias fortaſſe non poſſit, Idem in Bruto, Nihil oratum aut uerborum grauitate aut ſententiarum quo quicquam eſſet elatius, ut etiā Flauius Caper refert. *Elate* *Lyſias orator* *Fl. Caper grammaticus.*

¶ Ferme. ut apud Terentium, Lectum ferunt ferme in diebus

Aduerbia ſuæ poſitionis ideſt primitiua. Aduerbia ex aliis ideſt deriuatiua.

paucis,quibus Chryſis uicina hæc moritur.atqui detracta m litera legerunt,fere producere ſolent , quæ diuerſitas uix diſtingui poteſt , ſi quis tamen illam non utilem tueri uelit , regulam facile defendet aduerbiorum,quædam ſuæ poſitionis eſſe, ut heri,nuper,alia ex aliis,ut doctus docte,bonus bone.

¶ Furax furaciter facere debet , fur furtim furti , ut furtiue furans & furanter, facilis facile,ſed contra ſimilis ſimiliter,docilis dociliter, agilis agiliter,fortis fortiter

Falſo

¶ Falſo.Næuius in Acontizomeno,Huius autem gnatus dicitur geminum alterum falſo occidiſſe , ſi ſubauditur iudicio, nomen eſt , Saluſtius tamen aduerbialiter dixit, Falſo quæritur de natura ſua genus humanum , Sed Cicero ad Atticum, tu conuiuis tuis arcano legis.O litera cum eſt in nouiſſima parte uocis, ut ſupra diximus,modo uincit , modo uincitur,modo alternat, modo par eſt.M. Cato dierum dictarum de Conſulatu ſuo, Et rei da operam,ut mihi falſo maledicatur.

¶ Falſe.Siſenna libro quarto,Iudicium falſe factum.

Fabre

¶ Fabre.Plautus in Cæco aut in prædonibus , Nihil quicquã factum niſi fabre,nec quicquam poſitum ſine luco,auro,ebore, argento,purpura,picturis,ſpoliis tum ſtatuis.

¶ Firme ab eo quod eſt firmus,ut docte,laute , firmiter ab eo quod eſt firmis,ut agiliter,dociliter.

¶ Feſtiuiſſime.Diem hunc decorare feſtum feſtiuiſſime , nam & nomina interdum accidunt quæ nec abſolutum nec comparatiuum, ſed tantum ſuperlatiuum ferant

Gratijs pro gratis. Aecum pro æquum.

¶ Gratiis . Plautus in Bacchidibus , Sin lenocinium forte collibitum eſt tibi,uideas mercedis quid tibi eſt æcum dari, ne iſtanc ætatem ſectere gratis.

¶ Heri . Terentius in Phormione , Cicero quoque Tuſculanarum libro ſecundo , Et heri feci , quidam here putant dici debere,quandiu heri quando, Afranius tamen in Emancipato, Quod heri ualetudo,inquit,obſtitit.

Acron in Terentium. Heſterno pro heri.

¶ Hilariter ab eo quod eſt hilaris.hilare autẽ ab hilarus, ut Helenius Acron in Terentii Adelphis , ubi Terentius hilarem hunc ſumamus,inquit,diem,ſed & Afranius in Sororibus,Nũc ſe obſequentem,atque hilarem dixi præbeas.

¶ Heſterno . Siſenna Mileſiarum decimotertio , Te iſtuc heſternoque heſiſſe oportuerat ariſtæ.

❧ Hiſpane. Ennius Annalium libro, Hiſpane noſtro mane memoretis loqui me. *Hiſpane*

❧ Iſto uilius, rex qui uocabat ad cœnam, ſi ſibi ea res exhibenda indiceretur, quam exhibere non poſſet, ideſt, non reſpondet rex, ut Tranquillus refert, iſto uilius hominis erit cœna. *Iſto uilius. Rex qui uocabat ad cœnam.*

❧ Ilicet. Maro undecimo, ubi Celſus nunc pro ilico, ideſt ſtatim, antiqui pro eas licet, ilicet pro nunc. Afranius in Materteris. Cum is Balbum ſupra modum diſſerere conantẽ laudaret, an tu eloquens ilicet, ideſt ſubito aut extemplo. *Ilicet ſtatim*

❧ Interea loci. Terentius in Eunucho, Interea loci, ubi Acron quæritur, inquit, quo accentu dici debeat interea loci. *Interea loci*

❧ Intus. Plautus in Menechmis, Euocate intus mihi cocum Cilyndrum actutum foras, præpoſitiones etenim aduerbiis denegantur. Idem in Bacchidibus. Ego tibi argentum iubebo tum intus & cæteri foras, in Amphytrione, Non minus. *Præpoſitiones aduerbiis denegantur.*

❧ In mundo pro palam & inexpedito, ac cito. Plautus in ❀ Quia ſciebam, inquit, in piſtrinum in mundo fore. Cæcilius quoque ut Annæus Cornutus libro tub. Caſtarum patris ſui profecto qui nobis in mundo, futurum lectum. Item, idem nanque malum in mundo is ire. Ennius, Tibi uita ſeu mors in mundo eſt. *In mundo Cornutus Annæus.*

❧ Ilico pro in loco. Plautus in Bacchidibus, Vlyſſem audiui fuiſſe ærumnoſiſſimum, qui annis xx errans à patria abfuit, uerum hic adoleſcens multo Vlyſſem anteit, qui ilico errat intra muros ciuios. Idem. Inſta ilico. *Ilico ꝓ in loco.*

❧ Ibidem. Plautus in Bacchidibus, Ibidem ego meam operam perdidi, ubi tu tuam.

❧ Immane pro immaniter. Maro ſeptimo, Spirant immane, &, immane ſonat per ſaxa.

❧ Ilicet obruimur numero, ubi Martius Salutaris interiectionem eſſe grauiter ingemiſcentis, nam & Terentium in Eunucho, Infecta, inquit, ultro ad eã ueniens pace, indicans te amare, ferre non poſſe, actum eſt, ilicet periſti, nam & hic non eſt in loco, aut ſtatim continuo, ſed pro eo quod eſt hem, ut ſit hem periſti. *Ilicet interiectio dolentis. i. hem. Martius Salutaris grammaticus.*

❧ Iniurioſe. C. Gracchus, Vti lex Papiria accipiatur, nequã quam iniurioſe nobis contumeliam imponi ſinatis.

Imperabiliter
¶ Imperabiliter. Cato Senex ubi maximꝰ ꝑnimis impioſe dure.

Inimiciter.
¶ Inimiciter. Tubero hiſtoriarum quarto. Inimiciter iraſcendum non eſt.

Inridenter
¶ Inridenter. Laberius in Tuſca. Inridenter petit.

Inaurate pro non aurate.
¶ Inaurate pro non aurate. Titinus in Baratro. Inauratæ atq; inlautæ mulieris.

¶ Inopinans rectius dicitur q̃ opinans.

Integriter
Integre
¶ Integriter uitioſe putant dici, ſed integre ut impigre.

Induſtrioſiſſime
Galli rei militaris & eloquẽtiæ ſtudioſi.
¶ Induſtrioſiſſime. M. Cato Originum ſecundo. Pleraq; Gallia duas res induſtrioſiſſime perſequitur, rem militatem & argute loqui.

Induſtrie
¶ Induſtrie. M. Cato dierũ dictarum de Conſu. ſuo. Ego quæ iampridem cognoui atq; intellexi, atq; arbitror Remp. curare induſtrie ſummum periculum eſſe.

Horatii ars poetica recenſetur inter epiſtolas
Terẽtius Scaurus in artem poeticam commentatus.
¶ Impariter. Horat. Epiſtolarum, Verſibus impariter iunctis. ubiq; Terentius Scaurus in commentariis in artem poeticam libro x. Aduerbium, inquit, figurauit.

¶ Inuito ut falſo. Plautus. In cæco aut in prædonibus, neq; eã inuito à me unq̃ adduces, quod idcirco putaui tractãdum quod numero plurali, aduerbialiter inuitis uideo dictum, & apud eos forſitan cum continua uoce lætentur.

¶ Incelebroſius. Plautus in Bacchidibus. Iſtoc inlecebroſius fieri poteſt.

¶ Impendio. Afranius in Vopiſco, Cecidit ſpes reducendi domum quam cupio, cuius ego indies impendio ex deſiderio magis magiſq; maceror.

¶ Ignaue. M. Tullius Tuſculanarum ſecũdo. Prouidendum eſt ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignaue faciamus.

Indecorabiliter
¶ Indecorabiliter. Accius in Bacchis. Indecorabiliter alienos alunt.

Præpoſitiones quæ ſeruiunt ad uerbyſ localibus
¶ Localibus aduerbiis præpoſitiones hæ ſeruiũt, a, ad, ex, in. ut à foro, ad forum, ex arce, in arcem, duplices caſus, ſub, ſuper & ſubter, ut tamen ſuper & ſubter aduerbiales ſint.

¶ Localibus aduerbiis gratia dictionis ineſt multa, ſi qs eam cautius diligens producat in medium.

¶ Longe pro præcipue maxime, ut Tyberinaque longe oſtia ꝑ longitudine. Lucilius Satyrarũ tertio, Longe tria millia paſſuũ. Cælius hiſtoriarum primo. Duodecies c mil. paſſuum longe.

❡ Lautus laute, pius pie, cur & malus & bonus non producuntur ut male, bene, quia in comparatione diſſimiles ſunt, facit enim lautus lautior tiſſimus, lautiſſime, malus autem nequior, bonus melior — *Bene, Male, cur non producuntur.*

❡ Luci. Plautus in Amphitryone. Hoc luci. ubi Siſenna, Quæcunque nomina e litera ablatiuo ſingulari terminantur, i litera finita aduerbia fiunt ut mani. — *Luci* *Mani*

❡ Libere. Cicero pro Sexto Roſ. Ego omnia quæ dicenda ſunt libere dixero.

❡ Lilybæo. Cælius hiſtoriarum primo. Sempronius lilybęo celocem in Africam mittit, uiſere locum ubi exercitum exponat. præpoſitiones etenim ciuitatibus denegantur, gentibus ſeruiũt. — *Lilybæo aduerbialiter. Ciuitatibus præpoſitiones denegantur.*

❡ Lente. Afranius in Conſubrinis. Non ſum apud me em lentus lenteque te rogabo. Idem in Emancipato, Quàm lente tractat me atque inludit.

❡ Longum clamet. Horatius epiſtolarum, Licet ſuccurrite longum clamet, ut Maro quoque, Et longum formoſe uale, uale, inqt, Iolla, Et toruumque repente clamat.

❡ Longe optimum eſſe. Cicero Tuſculanarum ſecundo, Volo autem dicere illud homini longe optimum eſſe, quod ipſum ſit optandum per ſe a uirtute profectum, aut in ipſa uirtute, ſi tum ſua ſponte laudabile.

❡ Longiter. Lucretius tertio, Non ut opinor, id a leto iam longiter errat. — *Longiter.*

❡ Laſciuiter. Liuius ἐρωτοπαιγνίων ſexto, Laſciuiterque dũ dãt.

❡ Lepide. Plautus in Bacchidibus. Quid ſi hæc ut potis eſt ut tuta, cras ego loquar tute pro recte. — *Laſciuiter Erotopægnia Liuii.*

❡ Large. Iulius Modeſtus ait qualitatis hoc eſſe. Largiter idẽ Modeſtus ait quantitatis. Denique Laberius in Augure. Largiter inquit, lucri feci. — *Iulius Modeſtus grãmaticus*

❡ Medio fidio, per Iouem, aut fidem filiũmue Iouis, Herculèmque, iuratio propria uirorum eſt, ut fœminarum Aedepol, Ecaſtor, Eiuno. Denique Titinius in Setina, molliculũ adoleſcentulum effeminate loquentem cum reprehendere magis uellet, an, inquit, qa pol Aedepol fabulare edi medi. Edi, Titinius in Baratro id neceſſe reſpondet edi pro edius fidius — *Medius fidius Aedepol, Ecaſtor, Eiuno, iuratio fœminarum.*

❡ Mature duo ſignificat, & cito & tarde. Plautus in Curculione, Qui homo mature quæſiuit pecuniam, niſi cauſa mature

parſit,mature eſurit.eſt enim ſenſus,qui homo uixit,ægre quæſiit pecuniam.

Munde

¶ Munde.Titinius in Setina,Verrite ædis,ſpargite munde,facite in ſuo quæque loco ſita ſint.

Mox
Gnifo Virgilij interpres.

¶ Mox. Maro Georgicorum primo,Tuque adeo quem mox quæ ſint habitura deorum Conſilia,incertum eſt,ubi Gnifo pro cito ſignificare ait.Alii paulopoſt ut Terentius,nam aut mox re uertere aliud eſt,mox I talus Mneſtheus.

Meditate.

¶ Meditate.Plautus in Bacchidibus.Aedepol ne tu illorũ mo res perq̃meditate tenes,in quibuſdam non ferunt.

¶ Mordicus.Afranius in Conſobrinis.Vaha retinet homo lin guam mordicus. Neuius in Corollaria, Vtinam naſum abſtuliſſet mordicus.

M. Catonis res belli geſtæ
Thermopylæ

¶ Maturiſſime.M.Cato dierum dictarum de Cõſu.ſuo.Item uti a Thermopylis atque ex Aſia maximus tumultus maturiſſi me diſieci atque conſedaui.

¶ Mutuo,ut Varro de ſermone latino libro quinto loquitur, in cognitione eſt, mutue uero ut docte ſic putát,necnon & illi qui de differentiis ſcribunt.

¶ Maturrime.M.Cato dierum dictarum de Conſu.ſuo.Laudant me maximis laudibus, tantum nauium exercitum, tãtum commeatum non opinatum eſſe quenq̃ hominem comparare potuiſſe.Idem. Tam muturrime comparauiſſe. Saluſtius hiſto riarum primo. Vti Lepidus & Catulus decretis exercitibus ma turrime proficiſcerentur.

Memorite.

¶ Memoriter. Afranius in Vopiſco, Memini me memoriter. Cicero in Lælio aut de Amicitia ❀ Q. Mutius augur multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter & iucunde ſolebat.

Male p̃ ualde.

¶ Male pro ualde. Fronto ad Antoninum inuicem libro ii. Male me Marce ❀ tæ uitæ meæ pœnitet,cæ terum ❀ certum eſt,male pœnitet.

Multo

¶ Multo.Cicero pro Sexto Roſcio,Multo plura dixiſſe putaretur,Miſere autem ſit miſeratione dignum. Terẽtius in Eunucho,Quam oculos terendo miſere.

Mauricatim

¶ Mauricatim.Laberius in Cæculis ❀ te mauricatim ſcire.

¶ Malitioſe.Cato Senex, Malitioſe iſtorum iura.

¶ Modice.Tullius de Senectute,Et ſic equidem id modice ac

ſapienter, ſic omnia & ferre & laturum eſſe certe ſcio. Plautus in Bacchidibus, Ingenium in animo utibile & modicum eſt, Idem in Perſa, Modice &.

¶ Muliebriter, Cicero Tuſculanarum ſecundo. Si ſe lamentis muliebriter lachrymiſq; uita ❀ dedecoret. ❀ *Minime p non*

¶ Minime pro non. Cicero Tuſculanarum primo, Venit Epicurus homo minime malus, aut potius uir optimus, tantum mo net quantum intelligit. *Nauiter pro recta uia*

¶ Nauiter. Terentius in Eunucho, Neque pol tendes nauiter. Lucretius quoque de rebus naturalibus tertio, & Siſenna Mileſiarum xiii. Quid nunc os tuum ſcalpis, quid tergiuerſaris, nec bene nauiter is, pro recta uia. *Nauci quid*

¶ Nauci p nihili te duco, eſt autem fabæ granum cũ ſe aperit. *Nullus*

¶ Nullus aduerbium eſt & nomen, nemo autem nomen, ad uerbiũ hoc exẽplo dabis, Terentius, Nullus, inqt, dixeris, p non. *Nimie melius q̃ nimis*

¶ Nimie melius dici quàm nimis, uenit enim ab eo quod eſt nimius, ut doctus, pictus. *Nimium*

¶ Nimium. Afranius in Emancipato, Cur nimium adpetimus ſi reſpondetur nemini nimium, bene eſt. Nimium quantũ. Terentius in Phormione, ubi Celſus pro nimium, uti minime quantum, incredibile quantum, licet quidam ſic legant, inquit, ut nimium ſeruus dicat, quantum uero ſenex, ſed ſequentia intelligantur. *Noctu diuq;*

¶ Noctu diuq;. Saluſtius hiſtoriarum ſecũdo, Noctu diuq; ſtationes & uigilias temptare. at uero Titinius in Baratro, Noctu diuq; ait. Næuius in Acontizomeno, Sulpitii noctu interfecit. *Nudiuſtertius decimus.*

¶ Nudiustertius, Cæcilius in Hymnide. Cicero uero Philipp. nudiuſtertius decimus Afranius in Emancip. Nudiuſtertius tute aduenisti, ſignificat autẽ nũc eſt dies tertius. Itẽ nudiusquartus.

¶ Nocte. M. Cato dierum dictarum de Conſu. ſuo. Poſtquam Maſſiliam præterimus, inde omnem claſſem uentus auſter lenis fert, mare uelis florere uideres ultra angulum gallicum, ut illic memini, at quæras cum nomen deferimus, inde noctu aura profecti ſumus. *Maſſilia Angulus gallicus*

¶ Nouiſſime. Tiro in Pandecte nõ recte ait dici, adiicitq; quod ſua cæperit ætate id aduerbium, ubi Fl. Caper de latinitate, Miror, inquit, id dixiſſe Tironem, cum Val. Antias libro ſecundo, Mater cum nouiſſime ægrotaſſet, inquit, uouiſſe fertur. Idem *Tironis Tullij Pandecte*

xxii. Quod nouiſſime nobiſcum fœdus feciſſent.

❡ Nocte uagari non noctu. Siſenna Mileſiarum xiii.

❡ Nimio pro nimis. Næuius in Agitatoria, Nimio arte colligo, cur re inquæſita colligor. Plautus in Bacchidibus, Nimio dociliter nimis. Næuius in Tarentilla, Nunquam quiſquam amico amanti, amica nimis fiet fidelis, nec nimis erit morigera nota quiſque. Idem in Corollaria, Nimis homo formiduloſus eſt. Idem in Figulo, Nimis auarus.

❡ Nequaq̃. Cicero de ſenectute, Eſt illud quidem Lælii aliquid, ſed nequaq̃ tibi concedendum fuit.

Ciceronis commentarium de uirtutibus.

❡ Neutiq̃. Cicero de ſenectute, Mihi quomodo neutiq̃ probari potuit tam flagitioſa & tam perdita libido. Idem in commentario de uirtutibus, Illud neutiq̃ probantes.

Gn. Marius Cenſorinus.

❡ Neceſſario. M. Cato in L. Furium, De multa neceſſario faciendum fuit. C. Gracchus in rogatione Cn. Marii Cenſorini, Si uobis probati eſſent homines aduleſcentes, tamen neceſſario uobis tr. mil. ueteres faciundi eſſent.

Sciſcere Scire differunt.

❡ Neceſſum. M. Cato dierum dict rum de Cōſu. ſuo. Eas res non poſſe ſuſtineri niſi eo præſidia magna frumentumq; ❀ nam ita dicunt palam neceſſe eſſe obturata ❀ poſitio ſermonis neceſsum. Afranius in Vopiſco, Præſtſtinamus quæ ſit cauſa ſciſcere, quod ſit neceſsum ſcire, præſertim in bre ❀ uimen portuſque tenebunt Auſonios olim.

Occulto

❡ Occultò ut falſo. Afranius in Repudiato, Age curre curſim ad Numiſium occulto.

Statilius Max. arguitur.

❡ Oſtiatim, uicatim. Cicero, Quod Statilius Maximus notat neſciens, q̃a ut continuo ſtatim eſt continuatim frequentatiuũ.

❡ Obuiam pro obuius. Saluſtius hiſtoriarum ſecundo, Vbi Aſper ait uetuſte obuiam fuere, aduerbio maluit uti q̃ nomine. Siſenna Mileſiarum xiii. Obuiam uenit. M. Cato dierum dictarum de conſu. ſuo. Mihi atque claſſi obuiam fiunt. Plautus in Bacchidibus, Oho oportune mihi eſt obuiam.

Nihilo ſecius Nihilo minus Nihilodeterius græce.

Οὐδὲν ἧττον, nihiloſecius, nihilo deterius, nihilominus.

D. Hadriani ſermones.

❡ Obiter. Diuus Hadrianus ſermonum primo quærit, an latinum ſit, Quãquam, inquit, apud Laberium hæc uox eſſe dicatur, & cum Scaurus latinum eſſe neget, addit quod ueteres eadem ſoliti ſint dicere, non addentes uia, ut ſit κατ' ἔλλειψιν, ut Plautus, inquit, eadem bibes, eadem tibi dedero ſauium, quan-

quam Diuus Auguſtus reprehendens T. Claudium ita loquitur, ſcribis enim per uiam ἀντὶ τοῦ obiter. Diuus Hadrianus tametſi, inquit, Auguſtus non pereruditus homo fuerit, uti dudum diximus, uſu potius quàm lectione protulit rationem penitus inuiſere de ❀ coniunctio præpoſitionum, quem adæque ſub titulo ἀφορμῶν dedimus ❀ paueretur.

¶ Odioſe. Plautus in Bacchidibus odioſe facis care uero.

¶ Opulenter. Plautus in cæco aut in prædonibus, ſpectaui ludos magnifice atque opulenter.

¶ Oppido pro uero aut ſtatim. Plautus in Bacchidibus, Reddidi aurum omne oppido. *Oppido pro uero aut ſtatim.*

¶ Officioſe. Afranius in Repudiato, Te iſtuc facere officioſe ſcio. M. Scaurus de pecuniis repetundis. M. Brutum ita officioſe atque obſeruanter ❀ triumphauere.

¶ Primum. Lucretius, Primum animum dico mentem quam ſæpe uocamus, ubi Velius Longus, primum, inquit, aduerbialiter audiendum eſt. *Velius Longus*

¶ Primiter. Pomponius in Maccis, Geminis prioribus, bono animo es eripis primiter.

¶ Prima pro primo. Terentius in Adelphis. In prima fabula ubi Helenius Acron, pro in primo, & Maro, Vidimus obſcuris primam ſub uallibus urbem. *Prius ꝑ melius*

¶ Prius pro melius, utilius, antiquius. Terentius in Eunucho, Nihil prius neque fortius, niſi Helenium Acronem erraſſe dicendum eſt, qui prius non ſic intellexit, non fortius, ideſt glorioſius, quanquam iuxta ſit ſumma egregiam excellentemque eſſe, laude uirtutis. Itaque Plautus in Bacchidibus. Fortaſſe iam opus eſt immo etiam prius.

¶ Primus pro imprimis, uti Maro, Troiæ qui primus ab oris. ubi Terentius Scaurus commentariis in artem poeticam libro decimo, Non quia ante omnes, inquit, ſed ante quem nemo eſt, & addit, quo genere plures primi accipi poſſunt. *Primus pro imprimis.*

¶ Plenius. Næuius in Agitatoria, Ego ſemper pluris feci, potiorémque habui multo quàm pecuniam.

¶ Perinde pro proinde. Plautus in Sticho, Vt perinde homini res parata eſt, perinde amicis utitur.

¶ Penitus pro ualde. Maro nono, Penitus modo non ge-

Acontizomenos fabula.

nus omne peroſos fœmineum.

¶ Prime. Næuius in Acontizomeno. Acontizomenus fabula eſt prime proba.

¶ Protinus trium temporum ſignificationem capit, inſtantis, ut Maro tertio Aeneidos, Protinus aerias phæacum abſcondimus arces. præteriti, ut idem eodem libro, Cum protinus utraq; tellus una foret. futuri, ut Terentius in Phormione, Aliquid cõ uaſaſsem, atque hinc me coniicerem protinus in pedes.

Perduellio qui Perduellionis cauſam dicere quid. Sacer orationes Ciceronis interpretatus eſt.

¶ Per pro perquam ualde, ut perduellionem perq̃duellio, & pluſq̃hoſtis, ut Rabirius, Qui perduellionem feciſſe dicebatur, ideſt, contra Remp. ſenſiſſe, quod iudicii genus Sacer in eadem Oratione M. Tullii ab Horatio ſumptũ ait, dictumq; quod per tempus belli ſit factũ, cũ is in ſororẽ ſuã gladio uſus eſſet.

¶ Prorſus. Saluſtius in Catilina, Prorſus in facie uultuque uecordia inerat. Cicero Tuſculanarum ii, Nõ ultro appetẽdus, ſed ſubeundus excipiendus dolor eſt, ita prorſus exiſtimo.

Alterum tantum.

¶ Plure. Plautus in cæco aut in prædonibus, Plure altero tanto, quanto eius fundus eſt uelim. Cicero quoq; plure uenit Lucilius, plure foras uendunt, quod pro minore emptum antique.

¶ Prorſum. Plautus in cæco aut in prædonibns, Ita ſunt prædones, prorſum parcunt nemini. M. Cato in L. Furium de multa, prorſum quodcunq; uidebat feciſſe, neq; queaq̃ obſeruauiſſe.

¶ Plurimum. Terentius in Phormione, Ibi plurimum eſt, ubi Celſus, nunc aduerbium eſt pro ibi, ſæpe ibi frequenter eſt. Cicero pro Sexto Roſcio, A me id contenderunt, qui apud me & amicitia & dignitate plurimum poſſunt.

Probus grammaticus de inæqualitate conſuetudinis.

¶ Parciſſime. Probus de inæqualitate conſuetudinis quæritur an quibus extulerit, quod & ipſum credo nõ parciſſime factũ.

Præfiſcini quid Præfiſcine

¶ Præfaſcini. Titinius in Sentina, Paula mea amabo, pol tu ad laudem addito, præfiſcini ne puella faſcinetur.

¶ Præfiſcine. Afranius in Conſobrinis, Scis habitum ita ut nunc obtinet præfiſcine, per e non per i.

¶ Placate. Cicero, ut Maximus quoque notat, placate & moderate feramus.

¶ Peregri autem cum in loco eſt. Platus in Perſa, Quis herus peregri eſt. Næuius in Tarentilla, Primum ad uirtutem ut redactis, abeatis ab ignauia domo præſens patriam, ut colatis potius quàm peregri probro.

¶ Peregre cum abit quis, dicimus in locum, ut Titinius in Tibicina, Vt hic legatus abit peregre publice. Plautus quoque in prædonibus aut in cæco in peregre eſt. Idem in Bacchidibus, Cœnam peregre aduenienti, peregre pro peregri, Næuius in Tarentilla, Vbi iſti duo adoleſcentes habent, qui hic ante parta patria peregre prodigunt.

¶ Porro. M. Cato dierum dictarum de Conſu. ſuo, Inde pergo porro ire Turtam. Idem ſupra, Itaq; porro in Turtam proficiſcor ſeruatum illos, pro longius, Afranius iu Vopiſco, Porro paſſuros ſcio.

¶ Porro pro in futurum. M. Cato in eodem, Me ſollicitum atque excitum habitum eſſe, atque porro fore, Afranius in Emancipato, Poſt narrauero, nunc eſt diſtentus animus, ut negotiis, porro autem propero.

¶ Pudenter, ut Cicero, etiam Maximus notat, tum Afranius in Emancipato, Malo pudenter metientem.

¶ Perdite pro ualde. Eam amare cœpit perdite nã ita Aruntius Celſus, & addit, antiqui enim dicebant ardere pro amare.

¶ Propere produci debet ut abunde honeſte, quod an poſſit eſse rationis uix ſpecto, quoniã nec abũde, ut nec ꝓpere putant quidam dici debere, quamuis Maro ſexto propere dixerit pro properanter, & abunde pro abundanter, abundans enim abundanter facit, ut ꝓperans ꝓperanter, elegans eleganter, prudẽs prudẽter. honeſtus autẽ honeſte ut doctus docte, pius pie, caſtus caſte.

¶ Perplexim. Plautus in Sticho, Vtrum ego perplexim laceſsam orationem.

¶ Publicitus. Idem in eadem, Nonne hoc pollicitus, ubi Celſus & claritus, inquit, dicunt, nos publice clareque dicimus. Titinius in Sentina, Statui ſtatuam publicitus. Terentius quoq; in Phormione, ſed & Plautus in Bacchidibus, In æde Dianæ publicitus aurum ſeruant. Idem in Amphitryone, Ita peregre aduenìens publicitus hoſpitio.

¶ Pedetentim. Lucilius, Pedetentim hunc reſalutẽ. Tullius Tuſculanarum ſecundo, Pedetentim ac ſedato niſu. Cato dierũ dictarum de Conſu. ſuo. Eam ego uim pedetentim temptabam.

¶ Piger pigre, pulcher pulchre, celer neſcio an celere produci poſsit, niſi forte illud dicat Terentius, celere conſilium, ut non ſit aduerbium, ſed nomen.

Pauxillo prius. Afranius in Repudiato, Pauxillo prius me conuenit.

Pariter pro pariliter, Cicero ut Maximus notat, ſimiliter & Maro undecimo, ubi Celſus pro equaliter. Idem Georgicorũ. Pariter frumenta ſequentur, & pariter puero doniſq; mouetur.

Poſterius. Terentius in Adelphis, Poſterius nolo in illum grauius dicere. Item idem, Ita quod te poſterius purges, hanc iniuriam mihi nollem factam eſſe.

Pone uerſus. M. Cato dierum dictarum de Conſu. ſuo. Noſtros pone uerſus hoſteis eſſe ab dextera parte. Item idem, Poſtq̃ auſpicaui atq; exercitum adduxi pone caſtra hoſtiũ & uilla eſt patrui, hic age eſt ubi ſtas pone uerſum illac mare eſt.

Perdite. Afranius in Vopiſco, Quia ſcit me illá amare pdite.

Paulo prius. Afranius in Emancipato, Paulo prius hinc abiit nos pauloante dicimus.

Procul. Saluſtius hiſtoriarum ſecundo, Nam procul & diuerſis ex regionibus, ubi Aſper, Ergo procul è loco eſt.

Prope iuxta. Plautus in Perſa, Prope me hic neſcio quĩ loquitur.

Proxime. Cicero de ſenectute. Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit, quem cum a re familiari ut deſipienté remouiſſent, filiis eius arguentibus tam ſenex οἰδίπουν ἐπὶ κολωνῷ, quam proxime ſcripſerat recitaſſet, liberatus eſt. Idem in eadem, Et mihi ad ſapientis uitam ꝓxime uidentur accedere, im. migrauit in alienum.

Perendie quaſi perempta die, quod notauerunt grammatici, quia cum de futuro dicimus diem, nouiſſimo loco dicemus nõ ut die quarto.

Principio. Tullius Tuſculanarum ſecundo. C. Marius Ruſticanus uir, cum ſecaretur principio uetuit ſe alligari, & Maro, Principio arboribus uaria eſt natura creandis.

Primo pedatu. Alteras pro alias. Charisii patria Pedibus.

Primo pedatu. Cato Senex, In his duobus bellis alteras ſtipendio agrique parte multati, alteras oppidum ui captum, alteras primo pedatu & ſecundo, ut Maximus notat, hodieque noſtri per Campaniam ſic loquuntur.

Pedibus aduerbialiter. Cicero de ſenectute, Ingreſſus iter pedibus, & ad Saluſtium, Pedibus in ſententiam.

Quippiam, Nævius in Tarentilla. Nam quippiam.

Quanq̃

¶ Quaq̄. Saluſtius, Tametſi haud quaquam par gloria ſequitur ſcriptorem & auctorem rerum, Pomponius quaquam negas nuptam.
¶ Quo procul. Quo te Mœri pedes, an quo uia ducit in urbē, aut cui rei ut dicas quo prope eſt ut eadem gratia. Titinius in Setina locutus eſſe uideatur de ædis anima, quo auolauit gallus gallinaceus non ex qua, nec è quo reddit.
¶ Quot poteris, Terent. in Eunucho, Munus noſtrum ornato uerbis quod poteris, ubi Helenius Acron ꝓ inquantū poteris.
¶ Quanti cum interrogamus nec emimus, quantum cum emptā rem quærimus, atqui Cato in primo in Furium de multa, de caro emptis, o quanti ille agros, inquit, emit qua aquam duceret. Næuius in Tarētilla, Quæ ego in theatro hic meis probaui plaùſibus, ea non audere quenquam regem rumpere, quanto libertatem hanc hic ſuperat ſeruitus abſolute. Quanto. Cato de Con. ſuo, Videto quanto ſecus ego fecerim.
¶ Quammaxime. Cicero ſecundo Tuſculanarum, In ſtudio curſores exclamant quammaxime poſſunt, faciunt idem cum exercentur athletæ.
¶ Quam diluculo. Afranius in Emancipato, Nudiuſtertius tute aduenisti quamdiluculo.
¶ Rumore primo. Saluſtius hiſtoriarum, ubi Aſper, non eſt inquit, nomen ſed aduerbium, ut illud, Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido. *Aſper Saluſtij interpres*
¶ Recens, Aſper comment. Saluſtii hiſtoriarū i. nūc aduerbiū nunc nomen id eſſe dicit recens ſcrip. poteſt enim eſſe tēporis.
¶ Rurſus negant dici debere ſed rurſum ut iterum, Maro tamen rurſus inueni, nam is in Tarentilla, qua porro confidentia rurſus uerbum cum eo auſim facere.
¶ Repentino pro repēte. Cicero ut Statilius Maximus notat, Afranius in Emancipato, Vt ſint repentino apparandæ nuptiæ. Idem in Vopiſco, Vbi repentino huius cum ſimile accidit.
¶ Raro Cicero pro rare, ut idē Maximus notat Catonē quoq; ita locutum. ſed & Plautus in Rudente, Verum rare capitur.
¶ Rariſſime ut manifeſtiſſime, quoniam quotienſcunq; comparatiuo gradu ſunt aduerbia, in e literam exeunt. Cicero tamen ad Atticum ſexto, Vbi tutiſſimo, inquit, eſſent.
¶ Rarenter. Cicero, ut idem Maximus notat pro raro.

¶ Rite. Afranius in Emancipato, Idem es qui ſemper, idq; ut rite intelligas te facere.

¶ Sæpe per tempus recte dicimus, aliquotiens autẽ per pſonã, itaq; ſæpe fugã Danai Troia uoluere relicta moliri, p aliquotiẽs accipere debemus. Sæpius Maro Georgicorũ i. Sæpius è tectis penetralibus extulit oua, Auguſtũ formica terens iter.

Satis quot ſignificat

¶ Satis diuerſe accipitur, ἀντὶ τοῦ par. Lucilius Satyrarum. Cui ſi cum iure populus uix totus ſatisfit. Teren. in Adelphis, Satis mihi habeã ſupplicii, dũ illos ulciſcor modo. Item ſatis p accuſatiuum eſt. Cælius hiſtoriarũ primo. Commodũ eſt ſatis ui detur, nec enim p ſufficienti, inqt Paulus, accipi debet, ſed p pari & æquo. Itẽ ſatis p intente, Cato dierũ dictarũ de Con. ſuo. Iã apud uallũ noſtri ſatis agebant, Teren. in Heautontimorumeno, Et ſi ſuarũ rerũ ſatis agitat, tamẽ hæc bene & pudice eductam.

Paulus hiſtoriarum Cœlij interpres.

Statilius Maximus de ſingularibus apud Ciceronẽ poſitis.

¶ Stomachoſe. Cicero, ut Statilius Maximus de ſingularibus, apud eum quanquam poſitis notat.

Sane pro ualde.

¶ Sane pro ualde. Cicero in Verrem actione ſecunda, Interea ſane perturbatus & ipſe, & eius amici & conſiliarii moleſte ferre cœperunt.

¶ Sincere. Terentius in Eunucho, Si iſtud crederem ſincere dici, quiduis poſſem perpeti, quidam tamen nomen putant eſſe neutri generis.

¶ Sempiterno, Cato dierum dictarum de conſu. ſuo. Ego mihi monimenta ſempiterno poſui quæ cæpi.

¶ Surde, Afranius in Vopiſco. Amentes quibus animi nõ ſunt integri, ſurde audiunt.

Sic pro ita

¶ Sic pro ita. Terentius in Eunucho, Immo ſic homo eſt per paucorum hominum, ideſt, πάνυ παυρῶν ἀνθρώπων.

¶ Seminatim. Titinius in cæco. Ita ſeminatim fugi atq; effugi patrem.

¶ Sũmatim. Afran. in Emancip. Ne tu ſummatim ratio putes.

¶ Si qua pro ſiquo, aliquo modo, ut ſi qua fata ſinãt, quod ita quidam etiã in illo legerunt, Anthea ſiqua iactatũ uẽto uideat phrygiaſq; biremes. aliud autẽ eſt in illo, Si qua fata aſpera rũpas Tu Marcellus eris, quanq̃ & hic ſi quo modo ſit audiendum.

¶ Salutariter. Cicero, ut idem Maximus notat quaſi ſalubriter.

¶ Sedulo. Helenius Acron in Adelphis Terentii, ut falſo, inqt & conſulto ✿ nec hic non eſt ſine dolo, uſque à

pueris curaui ambos ſedulo, quanquam ſi & ſine dolo per ſe tamen ſedulo ſic utiq; eſt ut falſo.

¶ Sedulum. Plautus in cæco aut in prædonibus, Velim te arbitrari factũ, R. ſedulũ eſt, ſubmouẽtur hoſtes, remouẽtur lapides.

¶ Secius tarditatem facientis indicat, ſerius temporis. Maro v. Currit iter tutum non ſecius æquore claſſis, & in Georg. iii. Interea toto non ſecius aere ningit.

¶ Strenue. Plautus in cæco aut in prædonibus, Si non ſtrenue fatetur ubi ſita ſunt, membra exſecemus ſerra. Idem in Bacchidibus, conuerrite ſcopis, agite ſtrenue.

¶ Seorſum. Cato Senex, Suapte natio ſua ſeparata ſeorſum.

¶ Seorſus. Afranius in Emancipato, Principium hoc oro in animo ut ſic tuo ſtauas, officiis cogi, ut abs te ſeorſus ſentiam de uxoria re.

¶ Singulatie ꝑ ſingulariter quaſi unice, Cic. ut Maximus notat.

¶ Stirpitus. Cicero, quod apud eundem Maximus ſemel poſitum notat, ut inquit, funditus, radicitus.

¶ Spõte nomẽ qdẽ eſt aptoton, & eo qđ C. Cotta, Cn. Veterio lib. i. Hic cum optimus tu de tua ſponte hic cum religione.

¶ Secius pro minus. Afranius in Repudiato. Perdit ingens imbecillitas tuam æquo ſecius me colligant ceciderit.

¶ Sequius. Idem in eodem, Sin id quod non ſpero ratio talis ſequius ceciderit.

¶ Statim. Accius in Didaſcalion ix. Vectigalia legerant ueſtra, & ſeruantur ſtatim pro ſtatute & ordinate.

¶ Subinde. Nepos de inluſtribus uiris ſecũdo, ſed & Brutus & Cælius frequenter eo uſi ſunt.

¶ Secus pro poſt, Sempronius Aſellio hiſtoriarũ xiiii. Ne poſſent aut ſtationes facere hoc ſecus, ideſt, non multo poſt. *Sempronius Aſellio.*

¶ Secundo, Cato ſenex, ut Maximus notat.

¶ Sedate. Cicero Tuſculanarum ſecundo, Exclamabis ut mulier nec conſtanter & ſedate feres.

¶ Secus pro aliter. Næuius in Agitatoria. Secus ſi unquam quicquam feci, carnificem cedo. & Plautus in cæco, Nihil feci ſecus quàm me decet. Cato de conſu. ſuo, Secus ætatem agerem quàm illi egiſſent.

¶ Serio pro uere. Næuius in Tarentilla, Vereor ſerio. Plautus in Bacchidibus, iocon' an ſerio

Sarcte pro integre, Sarcire enim eſt integrũ facere, hinc ſarcta tecta uti ſint, opera publica publice locantur.

Porphyrio grãmaticus. Porphyrio ex Verrio & Feſto in Auguralibus, inquit, libris, ita eſt ſane ſarcteque.

Verrius Secreto. Afranius in Emancipato. Idcirco hæc agere tecum ſecreto inſtiti.

Secreta pro ſola an ſecreto, ut ſiqua ꝓ ſiquo, Maro Aeneidos quarto, Tum ſecreta pyram tecto interiore locaui.

Tuatim Tuatim. Plautus in Amphitryone, ubi Siſenna ut noſtratim, ſignificat autem tuo more.

Tetre. Cato Senex, Tetre ætatem.

Tractim Tractim. Plautus in Amphitryone, ubi Siſenna pro lente, *Siſenna Plauti interpres Virg. poſterior.* inqt, non ut Maro Tractimq; ſuſurrant, inquit.

Temere pro facile, Plautus in Bacchidibus, Rapidus fluuius eſt hic temere tranſiri poteſt. Cato de Conſu. *Temere pro facile.* ſuo, Temere hoſtes fieri, temere fieri nunc poſsent.

Tertio. Maro, Tertio ſed poſtquam maiore haſtilia niſu, Adgredior.

Tuto. Maro xi. Quæ tuto tibi magna uolunt, ubi Aruntius Celſus, non eſt, inquit, ut falſo & raro. hæc enim latina ſunt.

Toleranter. Cicero Tuſculanarum ſecundo, Idem morbos toleranter atque humane ferunt. Item alio loco eodem libro. Poſſumúſne non contemnere dolorem, cum ipſum Herculem tam intolleranter dolere uideam.

Temere pro negligenter, Maro nono, Haud temere eſt, uiſum conclamat ab agmine Volſcens.

Tertium Tertium. M. Cato de Conſu ſuo. Id ego primo minus animaduerti, eniunt uiterum atque tertium tumultuoſius.

Timidius. Idem in eodem Cato, Cẽſores q poſt hac fiant, formidoloſius, atque ſegnius atq; timidius pro Rep. nitentur.

Tumultuoſe. Afranius in Vopiſco, Tumultuoſe & cunctis copiis.

Validiſſime. D. Adrianus orationũ xii. A uobis P. C. peto, & impetratum ualidiſſime cupio, ut proxime imaginẽ Auguſti argenteum potius clupeum ſicut Auguſto ponatis.

Clupeum pro imagine. Vna locum, ſimulum ſpacium deſignat. Recte itaque dicimus, ſimul conſules fuerunt, una ambulabant.

Vniter contra grammaticorum, inquit, obſeruationem, qui

negant oportere nomina us ſyllaba terminata, in r aduerbialiter flecti libro.

¶ Vtinam, ut te quidem tumultus omnes dii deæque, ubi Aruntius Celſus pro utinam, Terentius in Phormione.

¶ Vſq;quaque, quaſi ſi diceret longe lateq;. M. Cato dierum dictarum de Conſu. ſuo. Omnia plena ſimul hoſtium, copiæ magnæ contra me ſedebant, uſq;quaq; laceſſebamur, quod manifeſtius idẽ ita dixerit, Interea ad ſocios noſtros ſedulo diſpertierã alio frumẽtum, alio legatos, alio literas, alio præſidiũ uſq;quaq;.

¶ Vnice. Plautus in Bacchidibus, Immo unice unum plurimique pendit.

¶ Vſquequaq;. Plautus in Bacchidibus, Chryſalus mihi uſquequaq; loquitur, nec recte pater. C. Gracchus uti lex Papiria accipiatur, uſquequaq; curauit. Fronto, ad manum inuicem adeſt etiam uſquequaq; tibi natura, ſitus, lepos, & uenuſtas.

Vſquequaq;
Lex *papiria*

¶ Vicinie huic uiciniæ, Terentius in Hecyra, ubi Celſus aduerbialiter, inquit, ut domi militiæque. Plautus in Bacchidibus, Proximæ uiciniæ.

Vicinie

¶ Vnciatim. Teren. in Phormione, Quod ille unciatim uix de dimenſo ſuo ſuum defraudans genium comparſit miſer.

Vnciatim

¶ Vtero pro in uterum. Siſenna Mileſiarum decimotertio, Vt eum penitus utero ſuo recepit.

¶ Veſperi. Plautus in Pœnulo, Importuna uis uenit ueſperi.

¶ Vtpote. Lucilius tertio, Plautus uero in pœnulo, Et pro uerbo poſuit, non enim pote queſtus fieri niſi ſumptus ſequatur ſcio. Afranius. in Vopiſco, Quaſi uerbum fecerim de iſto utpote.

Pote uerbum pro poteſt.

¶ Veſpera. Saluſtius hiſtoriarum ſecundo, Et cur. Cæſar ad Frontonem ii. ueſpera fatigatus luce dormitans. Fronto uero ad Antonium v. At enim ueſperi in triduum mittam.

Veſpera aduerbialiter
Veſperi
In triduum.

¶ Vtribi. Næuius in Tarentilla, Vtribi cœnaturi eſtis, hiccine, an in triclinio.

Vtribi
Triclinium

¶ Vt q̃maxime ſignificem. Tullius Tuſculanarũ ſecũdo, Nihil enim habet natura præſtantius, nihil quod magis expetat q̃ honeſtatẽ, q̃ decus, his ergo pluribus nominibus unã rem declarari uolo, ſed utar ut q̃maxime ſignificem pluribus.

¶ Viciſſim. Cato de Con. ſuo. Qui maximus uicibus, inq̃t, ac uiciſſim, & Cicero de Senect. Viciſſim umbris aquiſue refrigerari.

¶ Vitioſius. Cicero de Senectute, Cælius uitioſius illud ait de ſenectute.

¶ Viritim. Cicero de ſenect. Sp. Carbilio, C. Flaminio. Tr. Pl. quo ad potuit Fl. maximus reſtitit agrum Picentem & Gallicum uiritim contra Senatus auctoritatem diuidenti.

¶ Vniuerſe. Cicero pro Scauro.

Vtrinde

¶ Vtrinde. Cato pro Hiſpanis, De frumento utrobi bona, utrobi mala, gratia capiatur utrinde iram, utrinde factiones tibi pares.

¶ Vnde pro è quo loco. Plautus in Rudente, Vnde nos hoſtias agere uoluiſti.

Caluus in Vatinium

¶ Vehementiſſime pro fortiſſime & uere. Caluus in Vatiniũ, Vehementiſſime probare.

Cæpio contra Scaurum. *Albius*

¶ Vehementer. Cæpio in M. Aemilium Scaurum lege uaria Quia Albius uir bonus eſt & uehementer idoneus.

Comminianus grammaticus.

DE CONIVNCTIONE.

ut ait Comminianus.

Coniunctio qd. *Et* *Que*

CONIVNCTIO eſt pars orationis nectens ordinánſque ſententiam. Coniunctioni accidunt, Figura, Ordo, Poteſtas. Figura eſt qua appellatur aut Simplex, ut quidem, aut Compoſita, ut equidem. Ordo eſt quo apparet, aut præponi tantum poſſit, ut &, aut ſupponi, ut q;. Poteſtas coniunctionum in quinque ſpecies diuiditur, ſunt enim copulatiuæ, diſiunctiuæ, expletiuæ, cauſales, rationales. Copulatiuæ, &, que, at, aſt, ac, atq;. Diſiunctiuæ, aut, ue, uel, ne, nec, neq;. Expletiuæ, quidem, equidem, q̃q̃, autem, tamen, porro. Cauſales, αἰτιολογικοί ſi, &ſi, tam&ſi, ſiquidem, quando, quãdoquidem, quin, quinetiam, ſin, ſeu, ſiue, nan, nanq;, ne, enim, niſiſi, neniſi. Præterea rationales, quamobrem, præſertim, item, itemq;, enim, enimuero, q̃a, quapropter, quippe, quoniamquidem, ergo, ideo, ſcilicet, præterea.

Palæmon grammaticus. *Principales coniũctiones*

¶ PALAEMON autẽ ita definit, Coniunctionũ quædã ſunt principales, aliæ ſubſequentes, aliæ mediæ, quibus utralibet parte poſitis, ſine uitio coniungatur oratio.

Sed præpoſitiua coniũctio *Anaſtrophe.*

¶ Principalis igitur eſt coniunctio ſed, ut, Sed te q uiuũ caſus age fare uiciſſim, ut ait Virg. Ille enim ordo ubi poſtponitur poeticus eſt per ἀναστροφὴν factus, Ipſa ſed inſomnis inhumati ue-

nit imago coniugis,ſed ipſa ſubſequens eſt,quæ media eſt etiā.
℃ Habet etiam figuras coniunctiones quæ ſunt aut ſimplices, aut compoſitæ,Simplices ut nam,Compoſitæ ut nanq;. *Coniūctionum figuræ.*
℃ Cum eſt igitur de figura & ordine dictum, inſpiciamus nūc
quæ ſint poteſtates ,& ſunt hæ, q; , & , porrò, quidem. Cau/
ſales hæ , quoq; , itaq;, etiam , ac , item, autem, uero , nam,
enim, quia, quoniam, eo, ideo, quod, idcirco, propterea,cau/
ſa,gratia,ergò.Hæ enim ubi cauſa redditur rerum,cōiungere ra
tionem ſolent,ut ita,non dedit quoniam non habuit. Ratioci/
natiuæ hæ συλλογιστικοὶ,quare,quapropter,igitur,ergo, itaque,
quandò graui accentu,quatenus,quoniam,ideoq;,quoniamqui
dem, quandoquidem , ſiquidem.dictæ ſunt autē ratiocinatiuæ,
quod quamque rem præpoſitam ratione confirmant in hunc
modum,lucet,igitur dies eſt,nam hic coniunxi trationem,lucem
ideo eſſe quòd ſit dies,ſeu diem ideo eſſe quod ſit lux. Dubi/
tandi ſunt hæ,ἀπορηματικοὶ,ſiquidem,ſiue,ſeu,niſi.Diſiungēdi
ſunt hę,διαζευκτικοὶ,ue,uel,an,ne,aut,neq;,neu,nec,neue.Admo
nendi atq;.Petendi,ſed,uerum, quas quidam inter cauſales po
ſuerunt,hoc modo peccauit ſed rogat, læſit, uerum & profuit.
Relatiuæ ad aliquid,ut Plinius ait,ſiue comparatiuæ hæ,magis
potius,immo,in hunc modum,hic erat,immo ille aut potius il/
le,ait Plinius habere poteſtatem comparandi tanq̄, ſed hæc ad/
uerbia uidentur magis ſimilitudinis,ut tanq̄ bonus amicus,&tā
ille q̄ hic,ſane eo habent comparandi poteſtatem q̄ ubi dicitur
ante,quod & melius q̄ ſubiiciendi,quas Palæmon expletiuas ait,
hæ,equidem,enimuero.Repletiuæ,ἀναπληρωματικοὶ ſaltem,ta
men,tandem ne,adeo.Inlatiuæ,quanq̄,q̄uis,etſi tam&ſi. Infini/
tiuæ, dū,quanq̄,anteq̄, quatenus,ut cum, ὅταν ὡς συμαίνει alii
di cum ut , ſit,quo tēpore,per hoc & aduerbiū poteſt eſſe tem
poris.Optatiuæ,utinam,utne,uelim.Subiunctiuæ,cum,ſi,&quæ
ab eo compoſitæ ſunt,tametſi,anteq̄,donec,q̄uis,dummodo, li/
cet, poſtq̄, dum cum pro donec accipitur, aut pro dummodo,
nec te moueat ſi quædā eſſe aduerbia & cōiugatiōes cognoueris.
℃ Supereſt ut dicamus,quæ coniunctio cui qualitati iungatur.
Cū iungitur modo finitiuis,modo ſubiūctiuis,ut cum dico, cū
dicebam.item cæteris finitiuis temporibus , ſed intereſt utrum
finitiuis an ſubiūctiuis iūgatur.finitiuis enim iungitur,quotiēs
ad id tempus quo agebā refertur,cum declamo uenit,ideſt ipſo

tempore quo declamo, cum declamabam, ut apud Virgilium, Cum uenit auleis iam ſe regina ſuperbis, Aurea compoſuit ſponda, ideſt, tempore ipſo quo ueniebat, & apud Ciceronem, Tantum profeci, cum te a conſulatu reppuli, proficiſcitur quoq; & futuro iungitur finitiuorum, ut apud Virgilium, Cum dabit amplexus, atque oſcula dulcia figet, ſic & Cicero, An cum bello uaſtabitur Italia, uexabuntur urbes, tecta ardebunt, tunc te non exiſtimas, ſignificat enim illo tempore ſe inuidia conflagaturum quo uaſtabitur Italia & tecta ardebunt, hoc pacto iungitur finitiuis, ſubiunctiuis uero, cum poſt factum aliquid ſignificat, ut cum ueniſſet declamaui, ſignificat enim prius ueniſſe & ſi ſic ſe cœpiſſe declamare, ut apud Ciceronem, Homo audaciſſimus conſcientia conuictus reticuiſſet, patefeci, nam primum Catilina tacuit, & tunc Cicero patefecit.

Si conditionalis ¶ Si, modo finitiuo, modo ſubiunctiuo iungitur, ut ſi uenio, ſi ueniebam. Item cæteris finitiuis temporibus, ſed finitiuis iungitur hoc modo, quotiens res factas ſignificat, ut apud Ciceronem, Si inluſtrantur, ſi erumpunt omnia, mutat Catilina mentē. ſic quoq; & perfecto iungitur, ut apud Virgilium. Si potuit manes accerſere coniugis Orpheus, adfirmat enim potuiſſe, & apud Ciceronē, Qui ſi hæc non dico, maiora fuerunt in Clodio, quam in Milone. Subiunctiuo uero iungitur quotiens conditionalis & incertus ſermo eſt, ut ſi facias, ſi faceret, qui enim ſic loquitur, factum interim declarat.

¶ Dum iungitur finitiuo, ut dum uenio. Quotiens uero pro eo quod eſt dummodo ponitur, ſubiunctiua recipit, ut apud Virgilium, Dum conderet urbem, ideſt dummodo conderet.

Dum ¶ Dum etiam ſi alius præponitur ſermo declinationis, ad illū reformatur, ut petebam, ut dum uenires ſacrum, ſic quoque recipiunt ſubiunctiua.

Donec ¶ Donec iungitur ſubiunctiuis, ut donec ueniam.

Num ¶ Num ſi propoſitum illi fuerit, aliud uerbum finitiuum recipit ſubiunctiua, ut interrogaui num dubitaret eo proficiſci, ut ſit ſpecies relatiua, fere enim ſemper præpoſitio finitiuo uerbo parti orationis coniunctiuæ, ſubiungitur ſpecies ſubiunctiua, ut neſcio quid dixerit, neſcio qd fecerit, neſcio quare uenerit, neſcio cur dixerit & cætera ſimiliter. Aliter uero finitiua ut apud Terentium, Num aliud me tibi opus eſt. Item quare

ueniſti, cur dixiſti, cur feciſti & ſimilia, quoniam non præponi-
tur uerbum. Item q̃uis ſubiunctiua, ut q̃uis ueneris. item dum-
modo ſubiunctiua, ut dummodo uenias. item licet ſubiunctiua
licet uenias. quanq̃ finitiua, ut apud Virgilium, Quanquam ani
mus meminiſſe horret. Item ut recipit finitiua accentu elatũ,
effertur autem quotiens pro eo accipitur quod eſt quomodo,
ut apud Ciceronem, ut ſubſtinuit, immo uero ut contem
pſit, id eſt quomodo, quotiens uero pro eo quod eſt ἵνα
apud græcos recipit optatiua ut faciam. nonnunquam tamen
acuto accentu latum recipit ſubiunctiua, præpoſitus ὥσπερ,
infinito uerbo more quo ſupra formari relatiua diximus, ut
apud Virgilium, Infandum regina iubes renouare dolorem,
Troianas ut opes & lamentabile regnum Eruerint Danai. Item
utinã recipit optatiua, ut utinã uenias. itẽ ne acuto accẽtu im-
peratiua, ut ne fac. quotiens uero graui accẽtu pro eo quod eſt
apud græcos ἵνα μή accipitur, optatiua recipit ut apud Horatiũ,
Ne facias quod humidius. nonnunquam autem etiam ſi acuto
accentu efferatur optatiua quoq; recipit, ut ne facias, ne ſcribas,
ſed intereſt inter hoc & illud quod dicimus ne fac, quod autem
imperamus, ſuperius ſuademus. recipit quoq; idipſum acuto ac-
centu elatum finitiua, quotiens ironicos accipimus pro eo quod
eſt apud græcos iſtius adfirmatio, quod eſt apud Ciceronem, Ne
illi uehementer errant. quotiens uero rei dubiæ, & quaſi condi
tionali aptatur, recipiet & ſubiunctiua eodem accentu elatum,
ut apud Ciceronẽ, Ne tu era   cum accuſator eſſes ridiculus
ſi illis temporibus natus eſſes, hoc eſt, ſi eſſes natus, eſſes ridicu
lus. Item poſtq̃ modo finitiuo, modo ſubiunctiuo finitum, quo-
tiens iunctam accipitur, ut eſt apud Virgilium, Poſtquam res
Aſiæ Priamique euertere gentem, ut lit poſtquam uilum, ſub-
iunctiuo uero quotiens ſecernitur, poſtquã ueniſſet factum eſt,
& ſimilia. Item anteq̃ modo finitiuus, modo ſubiunctiuus iun-
gitur, cõtra ac ſuperius iunctum ſubiunctiuis, ut anteq̃ ueniſſet
dixi, iunctum finitiuis ut apud Virgilium, Ante pudor q̃ te uio
lo. Item ni & niſi ſubiunctiua, ni feciſſet & niſi feciſſet, quanq̃
apud Ciceronem nonnunquam finitiuis iungitur, tum maxime
cum parum dubius ſit ſenſus, ut apud eundem Ciceronem, niſi
forte melius eſt patefacere uobis prouincias quo exire poſſitis
quàm curare, ut etiam illi qui abſunt habeant quo uictores re-

uertantur. Itē &ſi, ut ait Caius Iulius Romanus ἀνακόλουθον eſt, quorienſcunque τῳ & ſi non redimus tamen, ut Terentii il-

Anacoluthon quid

lud ex Hecyra eſt, Et ſi ego meis me omnibus ſcio eſſe adprime obſequentem, ſed non adeo ut facilitas mea corrumpat animū.

Ad pro autem.

Ad pro autem Licinius Caluus in Fuſcinium, Ambitus ad ita mihi Iouem deoſque immortales uelim bene feciſſe iudices, ut ego pro certo habeo ſi paruuli. At coniunctionem, ad ue-

Aurium iudicio quantum tribuebant antiqui

ro præpoſitionē euphonoteron tamen eſt, ut hic per d ſcribatur ne ſubſequens t literam duriorem ſuique ſimilem ſonum literæ amplexa dictum, faciat immitius. An pro cum. Maro Bucolicon, An mihi cantando uictus non redderet ille, Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum. niſi ut de diſtinctionibus diximus ὑποκουόμενον ſit an ne cum uideatur, ſed

Martius Salutaris uir perfectiſſimus

Martius Salutaris uir perfectiſſimus pro ergo rectius ſenſit.

Aſyntbeton qd

ἀσύνθετον quoque fit cum pluralis numerus ſingulari iungitur.

Atq; pro &

atq; pro &, Terentius in Adelphis, Atque ex me hic natus non eſt, ſed ex fratre, ubi Acron argute, inquit, nam per hanc cōiunctionem tranſitum fecit ad narratronem. Cn. Næuius in Agitatoria, ſed & in Tarentilla. Plautus in Bacchidibus, Quæ ſodalem atque me exercitus habet. Cato dierum dictarum de Con. ſuo. Atque quanq̃ multa noua miracula fecere inimici mei, tamen nequeo deſinere mirari eorū audaciam atq; confidentiam.

Aſt uariā uim contulit uocibus

Gloſſæ antiquitatum.

¶ Aſt apud antiquos uariam uim contulit uocibus pro atq;, pro ac, pro ergo, pro ſed, pro tamen pro tum, pro cum, ut in gloſſis antiquitatum legimus ſcriptum. Sunt & aliæ plurimæ cōiunctiones pro aliis apud ueteres auctores interpoſitæ, de quibus plenius C. Iulius Romanus libro ἀφορμῶν ſub titulo de coniunctione diſſeruit.

Comminianus grammaticus.

DE PRAEPOSITIONE.

ut ait Comminianus.

Præpoſitio qd

PRAEPOSITIO eſt pars orationis, quæ præpoſita alii parti oratiōis ſignificationē eius immutat aut ſimplicem ſeruat, ut ſcribo ſubſcribo, ſcribo reſcribo. Pręopoſitiones aut caſibus ſeruiūt aut loquelis, quæ caſibus ſeruiūt, apud penes, ut apud uos, penes te. loquelis ut con di re ſe, ut cōgredior diduco refero ſecedo. cætere præpoſitiones aduerbiis ſic coherēt, ut ca

ſibus, ut perfer huc, admoue ad urbem. Quæ caſibus ſeruiunt, aut accuſatiuum habent aut ablatiuum, aut utrumq́, & ſunt ac cuſatiui caſus ad, ad domum, ad fines. apud, apud Maronem. ante, ante hoſtium, ante tribunal. aduerſum, aduerſum hoſtem. am, am ſegetes. contra, contra capitolium, contra hoſtē. circum, circum montēm. circiter, circiter ducentos. citra, citra gratiam, ci tra mōtem. circa, circa forum. cis, cis padum, cis alpes. extra, extra urbem. erga, erga parentes. in, in Piſonem. inter, inter querelas, inter te. infra, infra collem. intra, intra Kalēdas, intra mœnia. iu xta, iuxta ædem. ob, ob merita, ob cauſam, ob iter. per, per uias, per medium. præter, præter malos. propter, propter illum. poſt, poſt annum. prope, prope urbem. pone, pone littus, pone me. pe nes, penes hoſtem. ſubter, ſubter mare. ſupra, ſupra ilium, ſupra fortunam. ſubtus, ſubtus lectum. ſecundum, ſecundum mare. trans, trans Tyberim. ultra, ultra terminum, ultra fines. uſq́, uſque Romam.

¶ Item ablatiui caſus, A, à propinquis. ab, ab homine. abs, abſq́ nobis, abs te. cum, cum ſociis & cum patre. coram, coram amicis, coram multis. clam, clam patre. de, de ciuitate, de foro. ex, ex pro uincia. pro, pro patre, pro Rep. præ, præ metu, præ dolore. palam, palam omnibus. ſine, ſine domino. tenus, tenus rupe.

¶ Item utriuſq́ caſus. In, in ius eo, in iure ſto. ſub, ſub montē ueni, ſub monte moror. ſuper, ſuper arma, ſuper armis, ut Maro, Stratoq́ ſuper diſcumbitur oſtro. ſubter, ſubter mare, ſubter mari. ſuper, ſuper Hectore, ſuper Priamo, hoc eſt de Priamo.

¶ De Præpoſitionibus, Palæmon ita definit.

Palæmon grammaticus.

¶ Præpoſitiones ſunt dictæ, ex eo quod præponantur tam caſi bus q̄ uerbis. caſibus in accuſatiuo tantum & ablatiuo, ſunt quædam communes utriuſque caſus, nonnullæ tam caſui q̄ uer bo præponuntur, aliæ tantum uerbo, quædam tantum caſui, aliæ mutato accentu in aduerbia accedunt, & quidē quæ ſunt accu ſatiui caſus. item quæ ablatiui, ſed & utriuſque ſuperioribus ex planantur, nunc quæ ſint uerborum propria exponamus.

¶ Et ſunt uerborum propriæ hæ. di diducere, dis diſpargere, co coemere, con conuertere, re reuocare, ſe ſeponere, as aſpellere. Sunt etiam ex uniuerſis quæ & caſui & uerbo præponuntur, ut accedo, amoueo ab arce, antecedo. contra, contra illum, con

tradico.circũ,circũ oppidũ,circumeo.de,de illo,decipio.e,e cœlo educo.ex,ex alto,excipio.in,in Piſonem,inuado.inter,inter illũ interdico.ob,ob illũ,obeo,obiicio.præ,præ uiribus, prædico.pro pro illo,promitto.præter,præter filium,prætereo.per,per flumen, perago.ſub,ſub illum,ſubeo.ſuper,ſuper lectum, ſupergredior. trans,trans flumen tranſeo.

¶ Eædẽ præpoſitiones & aduerbio & participio præponuntur. aduerbio quidem ita, adprime, impudenter. participio uero ita,inſcriptus,deſcriptus.pronomini etiam ita,ad illum, pro me, de hoc. ſimiliter ex uniuerſis tantum caſibus iungũtur hæ, propter,apud,ſine, circiter,ſubtus,infra,coram,intra,cis,extra, poſt, ſupra, prope, ultra, uſq;, citra, ſecundum, erga, pone, circa, penes,iuxta.

¶ Quædam ſimiliter ex uniuerſis mutato accentu in aduerbia accedunt,quæ etiam in aduerbiis notauimus,& ſunt infra, infra ſtat.ſupra,ſupra ſtat,extra ſtat,intra ſedebat;ultra non faciam,citra diſcurrit,circa equitatum,iuxta fecit.ſimiliter cõtra cõtendebat,ſubtus erat,coram ſtetit,ante uenit,poſt ſedit,prope cecidit, idem pene uſq; illum multauit, ideſt ualde. item uſq; illo cum ueniſſet.& quandiu ſine caſibus enuntiantur aduerbia,aliter erũt receptis caſibus inter præpoſitiones.

Vſq; pro ualde.

¶ Nomina ciuitatum ſinepræpoſitione ſunt eundi, manendi, redeundi,ſed & rus ſine præpoſitione,rus eo,ruri ſum, rure uenio.& domus ſine præpoſitione, ut domum eo,domi ſum, domo uenio,ſed & de domo dumtaxat. In tertia perſona inuenimus ſæpius in domum,id generaliter autem & canonice,ut Romanus diſertiſſimus artis ſcriptor refert. Præpoſitiones gentibus ſeu nationibus adduntur,ciuitatibus adimuntur & detrahũtur, licet contra nonnullos ueteres dixiſſe reperiamus,ut apud eundem Romanum inuenies. apud Palæmonem etiam aliæ obſeruationes penitus digeſtæ ſunt,utputa,præpoſitio per præponitur tantummodo abſolutis nominibus, peccant autem qui dicunt peroptimus.circum,circa,circiter hæc differunt,quod circum locum eſt,circum theatrum,circa tempus, circa Kalendas. circiter numeri, circiter horas decem, & ſi aliter inueniantur, licentia dictum uidetur.

Iulius Romanus.

¶ Contra & aduerſus ita differunt, quod contra locum, ut contra baſilicam, aduerſus ad animi motum, ut aduerſus illum facio,

lum facio,interdum autem promiſcue accipitur.

ℭ Item ante,poſt,penes,inter,nunc præponuntur caſibus, nũc mutato accentu ſubiunguntur,ut ante illum,illum ante.

ℭ Item ab duplex eſt , nam & pro ἀπὸ & pro ἐκ apud nos accipitur,ut ab bibliotheca , ab epiſtolis.Item a & ab hoc diffe‑ runt,a præponitur nomini quod à conſonante incipit,aut uo‑ cali quæ pro conſonante accipitur . ab his præponitur , quæ a uocali incipiunt, q̃uis etiam h præcedat quæ pro adſpiratione accipitur , ſuperius a magno & maximo ſequens, ab indis , ab errore,ab humo , & ab hila, & ab hyacintho, quæ y litera per æque apud nos uocalis exiſtimatur.

ℭ His præpoſitiones nonnullis uiſum eſt non debere ꝓpriis ciuitatum nominibus præponi, ſed ſic, Antiochia uenit , ueni Roma,& Cicero , Cum multi principes ciuitatis Romæ non non tam ſui conſeruandi & cætera.

ℭ Item cum tertiæ perſonæ præponitur tantum , ut cum illo, nam primam & ſecundam ſubſequitur,mecum tecum.item nó‑ biſcum, uobiſcum ,cum illis.Item tenus ſubſequitur,pubete‑ nus,facietenus,paulotenus. item in præpoſitio quotiens ſignifi‑ cationem habet in loco,quod eſt apud græcos ἐν τῇ πόλει re‑ cipit caſum ablatiuum,ut in ciuitate.

ℭ Eadem præpoſitio derogatiua & ἀναιρετικὴ uel στερητικὴ ut probus improbus, doctus indoctus, nonnunquam etiam adiec‑ tiua & προσθετικὴ , ut potens impotens , ideſt ualde po tens , quanquam in hac appellatione etiam derogatiua intel‑ ligatur , ut ſit impotens.

ℭ Item ſuper quotiens ſupra ſignificat , accuſatiuum recipit caſum,ideſt,ſuper ſubſellium,quotiens uero de ſignificat,recipit ablatiuum, id eſt, ſuper Hectore multa. *Super*

ℭ Item per diuerſas habet ſignificationes , non enim tantum pro eo quod eſt apud græcos δι' ἐμοῦ δι' ἐκείνου,ideſt per me, aut per illum intelligitur,nec pro eo tantum quod æque apud græcos ſumitur ἐπὶ ἐμοῦ, ἐπὶ σοῦ γέγονεν, quaſi per me aut per te factum eſt, ſed etiã nonnunquam pro eo accipitur,quod apud græcos iurandi exactione uſurpatur , id eſt τοῖς θεοῖσιν τὴν πίστιν, ita ut ait poeta,Per ſuperos atq; hoc cœli ſpirabile numen ꝑ ſydera teſtor.Itẽ accipitur pro eo quod eſt noſtra uo luntate iureiurando affirmamus,aut negamus,μὰ τοὺς θεούς,νὴ *Per*

θεοὺς græci dicunt,quale eſt apud Virgilium,Per ego has lachrymas dextramque tuamque,te per connubia noſtra per inceptos hymenæos,ut ſit per lachrymas,per dextram,per te,quod græci νὴ dicunt , per connubia,per hymenæos ,,ut ſit νὴ τὸν γάμον, νὴ τὸν ὑμέναιον.

❡ Itē intelligiṫ quotiēs ſolemus incuſantes aut excuſantes ponere,qđ græci dicunt παρ' αὐτοῦ γέγονεν, παρ' ἐμοῦ οὐδὲν γέγονεν p illum factum eſt ut fieret,per me non eſt factum ut fieret.Item accipitur etiam pro eo, quod eſt ualde, ut cum dicimus perdoctus, ideſt ualde doctus , quod doctiſſimus,præponiṫ autē abſolutius,ergo ut Scipio peroptimus diciṫ, ergo ut ſcio ſequi ueteres peroptumus non dicimus. Item ad &apud hoc modo differunt,ad enim ad locum perfertur, quaſi ad illum eo.apud in loco,quaſi apud illum ſum.Item in & erga hoc differũt,fere enim erga ad affectum refertur,quaſi erga illum ſum benignus.In ad ſimultatem, quaſi in illũ ſum ſæuus.item ſecundũ duplicem intellectum habet,modo ad proximitatem,quaſi ſecundum illum ſedeo,ideſt prope,modo ad æmulationem,quaſi ſecundum Epicurum uiuo, id eſt ſimiliter illi.

❡ Item ante illum,poſt illum,inter illum,penes illum,hæ præpoſitiones nonnunquam promiſcue accipiuntur,& poſtponi ſolent,accentum utique mutant aliquomodo & caſum , quale eſt paucis ante diebus,item paucos poſt annos, item arma inter iuuenum.Item illum penes,ut ſit penes illum, inter paucos dies, inter arma iuuenum.

❡ Item ex & de præpoſitiones nonnunquam mediæ inueniuntur, cum dicimus,ſic tua ex re, qua de re agitur,quidam ex referunt ad locum unde eximus, quaſi ex fundo uenio , ex agro uenio,at uero de,ad id quod græci περὶ dicunt,quaſi de Marcello,ut Cicero de amicitia.Quintus Mutius augur multa narrare de C.Lælio ſocero ſuo memoriter & iucunde ſolebat.

❡ Itē e ꝓpoſitio non tātũ ex loco ſignificat,quaſi e cœlo, ſed ꝓ eo qđ eſt pro accipitur,cſi dicimus è Rep.i.ꝓ Rep.Itē è re eſt.

❡ Abs autem fere præpoſitio hoc modo profertur,ut dicamus abs me,abs illo non dicitur.

❡ Item pro multas ſignificationes admittit , accipitur enim pro eo quod eſt ante,ideſt pro templis eſt,pro turribus adſtāt, ſignificat & cis,cum quaſi apertum ſit in medio,& dicatur pro,

uocauit illum, produxit illum, ideſt porro illum uocauit, aut duxit, ſignificat & longe quaſi proiectus. item quod apud græcos ὑπὲρ dicitur, quaſi pro Rabirio, pro Milone. item quod apud græcos ἀντὶ dicitur, quaſi οὗτος ἀντ' ἐκείνου. ſignificat etiã aliã ſignificationem, derogationem, ideſt, ϛέρησιν cum dicimus profanus locus, ideſt, non ſacer, quaſi porro a fano poſitus, quod græci βέβηλον dicunt. ſignificat etiam σχετλιασμὸν cum animus mouetur, pro deum atque hominum fidem, aut pro dii immortales, qui hic intercipit dies. item apud græcos κατὰ dicitur quaſi pro meis uiribus, item κατὰ τὴν ἐμὴν δύναμιν. Item præ præpoſitio diuerſas habet ſignificationes, accipitur enim pro ualde, ut cum dicimus prædurum uulnus, prænimium, ideſt ualde, ut apud Virgilium, Prædurum uiribus hoſtem, quod eſt ualde fortiſſimum. ſignificat & propter ipſius uirtutem. item pro eo nonnunquam quod eſt ſine accipitur præfaſcine, ideſt, ſine faſcine, qud græci ἀβάσκαντος dicunt. ſignificat & ante cum dicimus præ te, præ ſe, ferè eſt quod græci παρὰ σέ dicunt, ergo differt utrum proſcribo, an præſcribo dicamus. eſt proſcribo palam & aperte ſcriptum pono, ut cum bona alicuius proſcribo, præſcribo autem παραγράφομαι, ſignificationes quales ſunt ſubſcriptiones apud iuriſconſultos, eadem ratione refert utrum ne præpono dicatur, aut cum quis declamat controuerſiam aut diſputat, ſolet dicere, quæſtionem propono, præpono uero cum alterum altero præfero.

¶ Sub præpoſitio quotiens localem ſignificationem habet accipit accuſatiuum ſi in locum ſignificat, quale eſt, uolitare ſub umbras, item, Et nunc magna meis ſub terras ibit imago. Ablatiuum quotiens in locum ſignificat, quale eſt, Troiæ ſub mœnibus altis. item, Clypeique ſub orbe teguntur. Cum uero nulla loci ſignificatio eſt, indiſtincte præponitur, quale eſt, Sub te tollerare magiſtro militiam, item accuſatiuũ ſub eundem ſenſum, Ecce autem primi ſub limine ſolis, & ortus.

¶ Omne uerbum quodcunq; præpoſitionẽ recipit, eiuſdẽ ordinis declinationẽ facit, ut ſcando ſcandis, aſcendo aſcendis, mordeo mordes, remordeo remordes. Exceptis his, ſapio ſapere, adiecta enim præpoſitione facit reſipio reſipere, & fit tertii ordinis, ſed deſipio deſipire facit, non deſipere, cieo ciere, accio

accire,concio concire,exeo exire , do dare,addo addere,& alia ſi qua inueniuntur.

Iulius Romanus grãmaticus

¶ Gaius Iulius Romanus de præpoſitionibus libro ἀφορμῶν ita refert.

Suetonius Trãquillus de rebus uariis.

¶ Suetonius Trãquillus de rebus uariis, Præpoſitiones,inquit, omnes omnino ſunt duodequadraginta , qui numerus inter omnes criticos grammaticos profecto conuenit,noſtras uero eſſe has.ab,ad,præter,pro,præ,in,ex,ſub,ſuper,ſubter. Præpoſitiones quæ præponuntur merito cenſentur , nam & illud Saluſtii hiſtoriarum libro primo,quos inter maxime præpoſitio eſt, quã per anaſtropham dicimus poſſe conuerti. Præpoſitiones aut caſibus ſeruiũt,aut loquelis,am,con,de,di,dis,re,ſe,an,ut amplector,con ſedi,definit.Cæteræ & uerbis cohærent & caſibus.Præpoſitiones ſunt hæ,a,ab,ac, ad, aduerſus,am, ante,apud , cum, coram, cis, citra , circum , contra , circa , con , co , de , di , dis , e , ex, erga , extra , in , inter , intra , iuxta , infra, ob , of , oc, penes,per,poſt,præter,propter,pro,præ,palam,prope,pone,pro,de, ſuc, re, ſine,ſub,ſuper,ſubter,ſecundum,trans,tenus, ultra, uls, ut a rationibus , ante forum, ab auctoribus, appellare, abs te, apud iudicem, accepit,aſtulit ut uter adtraxit,aufugit , abditus cum legionibus, aduerſus edictum, cis Padum, contra gratiam, circum amicos,circiter kalendas,circa urbem, concepit,cognitus per te,poſt rem, propter nos , præter iocos, pro reo , præ riſu, palam populo , properus detulit , pone ſæpem , dimouit , prodeſt,diſtulit,remouit,e iure, ſub domo domum ,ex arce , ſuper caput, erga diligentiam , ſubterfugit , extra limitem , ſupra fortunam,iniecit,ſine dolo,in forũ,ſubter mare,inter ciues, ſubter mari,intra caulas ,tranſtulit,iuxta littus,trans ripã, infra gradus, tenus fine,ob iram,uſque ad portum,penes me, ultra modum.

¶ Ablatiuo caſui ſeruiẽtes hæ,a ab cum coram de e ex pro præ palam ſine abſq; tenus.Accuſatiuo ſeruiũt hæ,ad apud ante aduerſus cis citra circum contra circa erga extra inter intra iuxta infra ob penes per poſt propter præter prope pone trans ultra. Accuſatiuo & ablatiuo ſeruiunt hæ, in ſub ſuper ſubter, Super ut Maro , Stratoque ſuper diſcumbitur oſtro. uerbis ſeruiunt aut participiis , aut aduerbiis hæ , ac con di dis re ſe an. uerbis ita , diduco , incurro , diſcedo , ſuccurro , reduco , ſubuenio , ſecerno , ſuperuenio , Participiis , ſubterfugiens , in-

currens, accingens, & alia ſimiliter, condu:o. Aduerbiis conſtricte, reſtricte, diſtricte, indecenter, incunctanter, improbe, deformiter. hæ uero ut ſuperiores coire non poſſunt, ut cum, apud, penes, propter, & ideo ablatiuum tantum aut accuſatiuum præcedunt, nec aliis q̃ caſualibus præponuntur, ideſt, nomini, pronomini, participio, cum Cicerone, cum illo, cum electo, quæq; in partitione uerſus ſeparari debẽt a cohercẽtibus partibus orõnis.

¶ Præpoſitiones interdum ultimas literas immutant, & iunctorum ſibi uerborũ primas adſumunt, ut A pro ab, ut auehit & aquilone procella ꝓ ab aquilone, per ſynalœpham, nec mirũ cum infra etiam ſubauditur, ſoluturus pro abſoluturus. A pro ad, Titinius in Barathro, Priuſquam auro ꝓriuatæ, purpuram quæ abteximus. nam & apes quaſi aptæ ſunt, quod inuicem colligentur. Maro Georgicorum tertio, Aptos iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos A ꝓ con, ut Maro, Cõiugis ut magicis ſanos auertere ſacris, quanq̃ ante ſit auertere, deinde conuertere, ut cum tamen utrunq; uideamus.

¶ Sunt & aliæ plurimæ præpoſitiones pro aliis apud ueteres auctores interpoſitæ, de quibus plenius idem Iulius Romanus libro ἀφορμῶν ſub titulo de præpoſitione diſſeruit.

DE INTERIECTIONE ut ait Comminianus.

INTERIECTIO eſt pars orationis ſignificãs adfectũ animi, uario autem adfectu mouetur. nam aut lætitiam animi ſignificamus, ut ahaha, aut dolorem, ut heu, aut admirationem, ut babæ. ex his colligi deinceps alii motus animorum poſſunt. *Interiectio qd* *Ahaha* *Babæ*

¶ PALAEMON ita definit. Interiectiones ſunt quæ nihil docibile habent, ſignificant tamen adfectum animi, ut heu, eheu. item ehem, eho, hoe, pop, papæ, attate. *Eheu, Pop* *Papæ, Attate* *interiectiones.*

¶ C. IVLIVS Romanus ita refert, Interiectio eſt pars orationis motum animi ſignificans lætantis, ut haha, dolentis, ut heu, admirantis, ut babæ papæ, quæ quamuis πάθους στάσιν καὶ ἤθους, inuenimus tamen etiam apud eos qui uidentur ethici mediocriter pathos ſolere conciri. Faſæ, ut cum putoris aliquid ꝑhorreſcimus, quæ uox nũq̃d Aegyptiũ pathos ducat, nã ut Hermes ἐν τῷ κρυφίῳ λόγῳ ſcribit ὗος ἐκ λεχθὲν ἀπράσπορα, τὸ γὰρ *Babæ* *Papæ* *Faſæ* *Hermes*

ὗς πόρος ἐςὶν,τὸ δὲ ὗον οὐσία,καθότι τὸ γένος ἀνθρώπων ἐκ πυρὸς καὶ θαλάττους πόλης ἐγένετο, nũquid ergo poſterior ætas f literá addit,& pro y u loquens,fu loqui cœpit,cum antea ſola u litera uituperatio uideatur.

Y uituperandi nota.

Tax pax

❡ Tax pax.Næuius in Agitatoria,Age ne tibi mihi aduerſari di cas, hunc unum diem de meo ſequor finam , ego illos eſſe tax pax,poſtea currenteis,ego illos uendam,niſi tu uiceris.

Eho *Volop*

❡ Eho.Idem in eodem,Eho an uicimus,uiciſtis uolop,quomo do dicam tibi.

Trit *Crepitus polentarius.*

❡ Trit.Næuius in Corollaria,ſignificat autem uocem murum, ut Plautus inquit, in quadam da crepitum polentarium , ideſt peditum, in Curculione.

Bat *Cæſellius Vindex per ordinẽ ſcripſit alphabeti.*

❡ Bat ſonus ex ore cornicinis lituum eximentis , ut Cæſellius Vindex libro b literæ ſcribit.

Ei ei

❡ Ei ei. Næuius in Tarentilla, Ei ei, etiam ſe audenti ne cum una apparere.

❡ At at tatæ.Idem in eadem.At at tatæ,caue cadas amabo.

Vita deum *Ὢ πόποι qd*

❡ Vita deum immortalium.Cato Senex, ubi Statilius Maximus ἐκφώνησις,inquit,ἀρχαϊκὴ ὡς ὦ πόποι.

Mu

❡ Mu.Plautus in cæco aut in prædonibus,Quis tu es qui ducis me,mu,peri Hercle,Afer eſt.

Euax

❡ Euax. Plautus in Bacchidibus,Euax aſperſiſti aquã fili nuntio.Ennius quoq; annalium libro aquaſt. Aſper a latinis.

Mu facere pro mutire.

❡ Mu pro mutire.Lucilius Satyrarum libro. Non laudare hominem quemq;,neq; mu facere unquam.

O dolentis

❡ O dolẽtis eſt,ut o terq; quaterq; beati. Afranius in Emancipato,O quot clamas.

Cuccuru

❡ Cuccuru. Afranius in Cinerario, Id me celabat cucuru,an nomen eſt,ut ueru,genu.

Em *Lex Papiria.* *Tib.Gracchi interitus.*

❡ Em.C. Gracchus,ut lex Papiria accipiatur, Peſſimi fratrem meum optimũ interfecerunt,em uidete q̃ par pari ſint,ut quidã hem pro en uolunt eſſe , ſed decet commemorationi fraternæ mortis ingemiſcere. itaque mora diſtinctionis par eſt oſtendere adfectus. Plautus in Pœnulo. Hem iſtæc uolo ego uos meminiſſe omnia.

At tat tat at at tatæ.

❡ Attat tatat at tatæ . Næuius in Corollaria , Quid ſalue at tat tat at at tatæ.Riualis,Salue,qd iſtud ate aduertiſti tã cito?

It

❡ It Næuius in Corollaria,Se tale uerbum caue faxis.

❡Mut,mut non facere audet,ut apud Apuleium Platonicum de prouerbiis ſcriptum eſt libro ſecundo.

❡Spataro, Afranius in Aequalibus,quã uocẽ frequenter apud eum poſitam ait Pauls ἐξουθενισμοῦ uim ſenſúmq; ſufferre.

❡Eu hoe.Maro ſeptimo,Eu hoe bacche fremens
❀ dignam uociferans.Ennius in Athamante.Is erat in ore Bromius,his Bacchus pater,illis Lyæus ❀ uitis in uentor ſacræ,tum pariter Euan,Euius ignotus iuuenum cœtus alterna uice inibat alacris,bacchico inſultans modo.

❡Au. Afranius in Emancipato,Au mi homo , immo edepol uos ſupremum meum concelebretis diem. Item in eadem.Au quid me cenſes,obſecro non audiſti?

❡Hem.Afranius in Emancipato, Hem quid ais, mane ſerua quæſo,niſi moleſtum eſt,pauca ſunt tecum quæ uolo.

❡Pro Iupiter.Pro gaudentis,Pro Iupiter, ut mihi quicquid ago,lepide omnia,proſperéq; eueniunt.Pro Iupiter. Terentius in ❀ Pro Iuppiter tu homo adigis me ad inſaniam.

❡Ἤθη ut ait Varro de latino ſermone libro quinto, nulli alii ſeruare conuenit,inquit,q̃ Titinio Terentio.

❡Pathe.Pathe uero Trabea,inqt Attilius Cęcilius,facile moue rant, ego ne illam,quæ illum,quæ me,quæ nõ,ſine modo, mori me malim,ſentiet qui uir ſiem.Præciſe , inqt Varro,generat animi paſſionẽ,quod noui generis cum non ſit interiectio,ſed adem ptio tantũ, interiecti animi cauſa uocitamus,Tu me homo adigis ad inſaniam, iraſcentis & hæc oratio eſt,licet nulla ſit interiecta particula.Tun' cõſulis quicq̃, & hec iraſcentis oratio eſt. Tremo horreóq; poſtquã aſpexi hanc,affectus ob amorẽ.Heus heus pater, heus Hector, à dolore mẽtis adfectæ. Mane mane, porro ut audias,cupiditatis adfectus eſt.

❡Butu batta.hæc Plautus pro nihilo & pro nugis poſuit, ut in gloſſis ueterum bat tat ti, fluctus quidam ſonus uocis effeminatior , ut eſſe in ſacris an agmenorum uocum ueterum interpres ſcribit.

❡Libri Secundi Finis.

Mut facere nõ audet.
Apuleius Platonicus de prouerbijs.
Spataro
Eu,hoe
Bromius
Bacchus
Lyæus,Euan
uitis ſacra
Orgici quo ritu celebrarẽtur
Au
Hem
Pro Iuppiter
Mores qui bene expreſſerũt.
Terentius ἤθη bene ſeruauit.
Titinius.
Trabea,
Attilius,
Cæcilius poetæ.

FL. SOSIPATRI CHARISII INSTITVT. GRAM.

LIBER TERTIVS.

COMPLETIS OCTO PARtibus orationis, ita ut pmiſimus, ad alias quoq; uerborum obſeruationes ordine ueniamus, de pfectis ordinũ quatuor. In primo ordine uerborũ perfectũ tẽpus formæ mutationem capit modis quatuor.

Præterita perfecta.

¶ Primo cum maior pars in i literam cadit, nulla duce conſonante, aro aras araui, probo bas baui, noto tas taui. In his uero decidit a litera, ut ſono as ſonui non ſonaui, tono nas nui, frico cas cui, ueto tas tui. Maro, Inſonuit læuum, plico cas cui, ſeco as cui, domo as mui, mico cas cui, & adiectis ſimiliter præpoſitionibus, ut explico, cõplico, perplico.

¶ Item aliam formam faciunt, qua ſyllaba depoſita & prima producitur, ut lauo lauas ui, iuuo uas ui, & ſimiliter adiectis præpoſitionibus adiuuo uas ui.

¶ Item alia forma eſt, qua a litera eximitur, & perlatio ſyllabæ fit, ut do das dedi, ſto ſtas ſteti, & ſimiliter adiectis præpoſitionibus, ut præſtiti, inſtiti, reſtiti, perſtiti

¶ De ſecundo Ordine.

¶ In ſecundo ordine formæ ſunt quinq;. Prima quæ in i literã cadit, perfecto nulla litera conſonante duce, ut ſplendeo ſplẽdes dui, niteo tes tui, uigo & uigeo es gui, floreo res rui, teneo nes nui, palleo les lui, horreo res rui, ſtupeo pes pui, terreo res rui, tepeo pes pui, caleo les lui, torpeo pes pui, calleo les lui, timeo mes mui, arceo ces cui, doceo ces cui, ualeo les lui, urgeo ges gui, habeo bes bui, præbeo bes bui, debeo bes bui, ſorbeo ſorbes ſorbui & ſorpſi, egeo ges gui, ſtudeo des dui, rubeo es ui, cenſeo ſes ſui. & adiectis ſimiliter præpoſitionibus, ut adhibeo bui, prohibeo bui, inhibeo bui, cohibeo bui.

¶ Secunda forma eſt, qua prima ſyllaba ex correpta produci-

tur perfecto,ut ſedeo des di.foueo ues ui. faueo ues ui.uoueo ues ui.paueo ues ui.caueo ues ui.uideo des di.neo nes neui.fleo fles fleui.prandeo des di.cieo cii & ciui.

¶ Tertia forma eſt qua perfectum tempus in ſi ſyllabam terminatur,ut ardeo des arſi. hæreo res ſi.mulceo ces ſi.ſuadeo des ſi. indulgeo ges ſi.fulgeo ges ſi.fulgeo ges ſi.urgeo ges urſi.torqueo ques ſi.uideo des ſi.tergeo ges ſi.maneo nes ſi.

¶ Quarta forma eſt,quæ perfectum tempus extrema ſyllaba in xi literas cadit,ut frigeo ges xi.mulgeo ges xi.lugeo ges xi. porceo ces xi βιάζομαι.allicio cis xi. δελεάζω lugeo ges xi . uageo ges xi.pelliceo ces xi.δελεάζω.

¶ Quinta forma eſt qua perfecto iterant ſyllaba prima,ut pendes pependi.mordeo des momordi. ſpondes des ſpopondi.tondeo des totondi.

¶ De tertio Ordine.

¶ Interiecto ordine formæ ſunt noué, & eſt prima qua in i cadit perfectū tēpus nulla duce cōſonāte,ut colo lis lui.alo lis lui. rapio pis pui.ſtatuo tuis tui.uomo mis mui.tremo mis mui.fremo mis mui.arguo uis ui.molo lis lui.diruo is rui.pecto ctis xui. meto tis meſſui.pono nis ſui & poſiui ueteres dixerunt. innuo is nui. exuo is xui. acuo cuis cui. incumbo bis bui.conſulo lis lui.necto tis xui.texo is xui.conſuo ſuis ſui.ſterto is tui. ῥέγχω. meto tuis tui.

¶ Secunda forma eſt qua perfecto prima ſyllaba iteratur,ut curro ris cucurri.diſco cis didici.cano nis cecini.tango tangis tetigi. tendo dis tetendi.pendeo dis pependi ἀρτινύω.pello pellis pepuli. tundo dis tutudi. κόπτω. pungo gis pupugi. parco cis peperci.pedo dis pepedi πέρδομαι.fallo lis fefelli.cado dis cecidi.cædo dis cæcidi ἀναίρω.tollo tollis tetuli.

¶ Tertia forma eſt,qua perfecto iteratio ſyllabæ ſecundæ eſt,ut addo dis addidi,reddo dis reddidi.condo dis didi.trado dis didi. credo dis didi.abdo dis didi.prodo dis didi.

¶ Quarta forma eſt qua perfectum in xi literas cadit , ut dico cis xi.rego gis xi.pingo gis xi.lingo gis xi.fingo gis xi. meio is xi. ſtringo gis xi.ningo ningis ninxi.adfligo gis xi. pollingo gis xi. στροπλόκω.pergo gis xi.iungo gis xi.diligo diligis xi.pluo is xi. ſtruo is xi.ſugo gis xi.figo gis xi.uiuo uis xi . ungo gis xi. tingo tingis xi. uergo gis xi. ſurgo gis xi, augeo gis xi. aſpicio cis xi.

coquo coquis xi . pecto pectis pexi.

¶ Quinta forma eſt qua perfectum in ſi literas cadit, ut ſumo mis ſumpſi. mitto tis ſi. ſcribo bis pſi. allido dis liſi. carpo pis pſi. mergo gis ſi. parco cis ſi. ſpargo gis ſi. trudo dis ſi. rado dis ſi. ſarpo pis ſi. ludo dis ſi. plaudo dis ſi. cedo dis ſſi. claudo dis ſi. premo mis ſſi. promo mis pſi. uro ris ſſi. gero ris ſſi. demo demis pſi. concutio tis cuſſi . nubo nubis nupſi. faceſſo ſis ſſi. uiſo ſis ſi. capeſſo ſis ſi.

¶ Sexta forma eſt qua pfecto prima ſyllaba ex correpta pducit, ut rumpo pis pi. fundo dis fudi. cudo dis cudi. uinco cis ci. lego gis gi. facio cis feci. iacio cis ieci. ſperno nis ſpreui. emo mis mi. cerno nis creui. ſero ris ſeui & ſerui. incipio pis incepi. frango gis gi. uerro eis rri σάρω. ſino ſinis ſiui.

¶ Septima forma eſt qua perfectum in i cadit duce uocali, quæ loco conſonantis eſt, ut cupio cupis cupiui. ſapio pis piui & ſapui. peto tis tiui. quæſo ſis quæſiui. tero ris triui. pono nis ſiui.

¶ Octaua forma eſt qua perfectum cadit in ſimilitudinem uerborum primi ordinis, ut paſco paſcis paui. ſterno nis ſtraui.

¶ Nona forma eſt quæ perfectum facit ſecundæ pſonæ dempta s litera, ut mando dis di. pando dis di.

¶ De quarto ordine.

¶ In quarto ordine formæ ſunt quinq;. Prima eſt, qua perfectū cadit in i, duce u litera, in uſu tamen capta, ut munio nis niui & munii. ſeruio uis uiui & ſeruii. item in cæteris, lenio nis nii. garrio ris rii. geſtio ſtis ſtii. ſalio lis lii. ſæuio ſæuis ſæuii. eſurio ris rii. ligurio ris ligurii, hoc eſt deguſto. parturio ris rii. præſagio gis gii. ueſtio ſtis ſtii. hinnio nis nii. mugio gis gii. inſanio is nii. hirrio ris rii. mollio lis lii. polio lis lii. ſepelio lis lii. repperio ris rii. grunnio nis nii. audio dis dii & audiui.

¶ Secunda forma eſt, qua in i perfectum deſinit, nulla uocali nec conſonante duce, ut uolo uis uolui. malo lis lui . operio ris operui. aperio aperis aperui.

¶ Tertia forma eſt qua perfectum cadit in ſi literas, ut farcio cis farſi. ſarcio cis ſarſi. fulcio cis fulſi. ſepio pis pſi . ſentio tis ſi. cambio bis bſi, hoc eſt muto. haurio ris ſi. In his litera geminata perfectis non cadit.

¶ Quarta forma eſt qua perfectum cadit in xi literas, ut ſancio cis xi. uincio cis xi . Neque in his perfecti geminata cadit, nec

alia ſunt excepta q̃ hæc duo uerba. Item ſeptem ſuperiora.

Quinta forma eſt, qua perfectum prima perſona in ſimilitudinem cadit uerborũ ſecundi ordinis, ſecunda mutatur in quarta perfectum cadit in i, duce u litera, ut eo is iui, & ſi qua eorum præpoſitionibus adiectis fiunt. ut tranſeo tranſis tranſiui. exeo exis iui. ſubeo ſubis iui. ſedeo is iui. queo quis quiui uenio nis niui. Quorum uerborum futurum tempus in bo cadit, ut ſupra diximus, prima perſona ſecundi ordinis ſimilitudinem ſequitur, alioquin futurũ tẽpus in quarto ordine in am literas terminatur. ut ſentiam, ſeruiam, muniam.

Sunt quædam perfecta ſimilia ab inſtantibus deriuata diuerſis, facta in his ſyntheſi, ut aceo ces cui. & acuo is cui. frigeo ges xi. & frigo gis xi. lugeo ges xi. luceo ces xi. fulcio cis lſi. fulgeo ges lſi. cerno nis creui & creſco ſcis ui. paueo ues ui & paſco ſcis paui. ſiſto ſiſtis ſteti & ſto ſtas ſteti. conſiſto tis ſtiti. conſto ſtas ſtiti. fero fers tuli. & tollo lis tuli. quod in conſuetudine ſuſtuli facit eius tamen perfecti inſtans apud ueteres ſuſtulo. pendeo pendes pependi. pendo pendes pepẽdi. pandor panderis paſſus ſum aut pãſus. patior pateris paſſus ſum. uertor uerteris uerſus ſum. uerror uerreris uerſus ſum.

Sunt quædam uerba quæ habent perfecta duplicia, ut pango pangis pepigi & panſi & panxi. parco parcis peperci & parſi. pungo pungis pupugi & punxi. uello uellis uelli & uulſi. nitor ris niſus & nixus ſum. teneo nes tenui & teniui apud ueteres. tundo tundis tutudi & tunſi. tollo lis tetuli & ſuſtuli. alor ris alitus ſum & altus. dirimo mis diremi & dirẽpſi, ſed magis diremi. deleo les lui & leui. tero ris terii & triui iuxta Apuleium.

De Defectiuis.

Sunt quædam uerba, quæ ex forma agendi in paſſiuum perfecto uertuntur, quæ etiam defectiua appellantur ſecundi ordinis. ut ſoleo ſoles ſolitus ſum. audeo audes auſus ſum. gaudeo gaudes gauiſus ſum, ſed ſoleo uerbum futurum omnino non habet, quia uim habet præteriti, nec poteſt aliquis futuris conſueſſe. *Verba Defectiua.*

Tertii ordinis fido dis fiſus ſum. diffido dis diffiſus ſum.

Quarti ordinis fio fis factus ſum. & ex eodẽ pateſio fis pateſactus ſum. calſio fis factus ſum. ſimiliter tepeſio, madeſio & expergeſio expergeſactus ſum. areſio areſis areſactus ſum.

Fieri contra analogiam.

¶ Infinitiuum huius uerbi quod eſt fio fieri facit, quum omnia uerba actiua uoce elata in e faciunt, ut amare, docere, dicere, munire. Hæc uerba quorum perfectum in paſſiuum dedu ❀ participia habent tria ſecundum formam quidem actiuam præſentis temporis & futuri, ut confidens confiſurus. audens auſurus. Secundum formam paſſiuam futuri temporis ut confiſus, auſus, infinitiuum inſtantis ſolere, perfecto & pluſquamperfecto ſolitum ire aut ſolitum eſſe, participium inſtantis ſolens, præteriti perfecti hic ſolitus, futuri ſoliturus ❀ quamuis futuro declinata ſint, tamen dici non poſſunt quam præteriti non futuri poteſt aliquis ❀ memoratum eſt ❀ ut dicatur audendus, gaudendus, confidendus. Illud tamē obſeruabimus, quod quamuis dicatur confidendum, audendum, figura dicitur non participio, quod ipſum etiam ab omnibus uerbis figurari poteſt, de qua figura iam adnotauimus. hæc uerba qualitate deficere dicuntur, quorum declinationes ſuo loco inſeruimus. Adnotandum tamen eſt quod eadem uerba quæ ex fio ueniunt, ut calefio, tepefio, arefio, etiam actiuam declinationem totam habere poſſint, ut tepefacio calefacio patefacio.

Confidendum Audendum Gaudendum figurate dicimus.

¶ Sunt quædam uerba quæ quoniam non habent ſua perfecta tempora, uſurpant tamē eiuſdem ſignificationis uerborum perfecta, ut ueſcor paſtus ſum facit, ex eo tamen uenit quod eſt paſcor, ueſcitus enim ſum nemo dicit. item arguor conuictus ſum facit, quod ex eo uerbo conuincor, habet tamen apud antiquos argutus. item angor anxius ſum, anxius autem nomen eſt quod ſignificat ſollicitus. itē fero tuli quod eſt ex uerbo tollo. hæc quoque defectiua dicuntur, quoniam figura immutantur. item reminiſcor recordatus ſum facit, nemo enim dicit rementus ſum, nec opperior opertus ſum.

Verborum defectiuorum declinatio.

¶ Declinantur autem prædicta uerba hoc modo. Secundi ordinis finitiui inſtantis. Soleo es et. bam bas bat. ſolitus ſum. eram. ſolebo. Imperatiuo ſole. ſolitus eſto. Optatiuo lerem. tus ſim. tus eſſem. ſoleam. Coniunctiuo leam. lerem. tus ſim. tus eſſem. & quæ ex fio naſcuntur eodem modo declinantur, expergefio expergefacio. calfio calfacio. arefio arefacio. adſuefio adſuefacio. manſuefio manſuefacio. liquefio liquefacio. ſtupefio ſtupefacio, & ſi qua alia huiuſmodi inueniuntur. Item aliud, Finitiuo inſtanti

inſtanti, Tollo lis lit. ſuſtuli leram tollam. imperatiuo tolle, quaſi futuro tollito tu. optatiuo tollerem ſuſtuliſsem tollam. ſubiunctiuo cum tollam lerem ſuſtulerim ſuſtuliſsem ſuſtulero. infinitiuo tollere ſuſtuliſse ſublatum ire & ſublaturum eſse. participia inſtantis hic tollens futuri hic ſublaturus & cætera.

Tollo ſuſtuli futurum imperatiui quaſi futurum.

¶ Item paſſiua modo finitiuo inſtanti tollo bar ſublatus ſum eram lar. imperatiuo tollere, quaſi futuro ſublatus eſto. optatiuo lerer ſublatus ſim eſsem lar. coniunctiuo lerer ſublatus ſim eſſem ero. infinitiuo tolli ſublatum eſse ſublatum iri aut ſublaturum eſse. participia ſublatus tollendus.

Tollor ſublatus ſum

¶ Tertii ordinis ſimili modo declinatur, Fido ſiſus ſum, & quæ ex ipſo deriuantur, diffido diffiſus ſum, confido confiſus ſum.

¶ Quarti ordinis ſimili modo declinantur, Finitiuo inſtanti Fio fis fit. fiebam factus ſum & fui, factus eram & fueram fiam. imperatiuo inſtanti fi fiat. optatiuo fierem factus ſim factus eſſem fiam. ſubiunctiuo fiam fierem ſim fuerim eſsem fuiſsem factus ero. infinitiuo fieri factum eſse & fuiſse. futuro fiendum eſse & fieri & futurum iri. participia fiens facturus factus fiendus.

Fiendum eſſe

¶ Item aliud finitiuo inſtanti, Ferio ris rit. feriebam feri feriram feribo. imperatiuo feri, quaſi futurum non habet. optatiuo ferirem ferierim feriſsem feriam. ſubiunctiuo cum feriam rem rierim feriſsem feriero. infinitiuo ferire feriſse feriturum ire. participia hic feriens.

Ferio quomodo declinatur.

¶ Item paſſiua modo finitiuo inſtanti, Ferior feriris feritur. feriebar ictus ſum eram feribo. imperatiuo inſtanti ferire, quaſi futurum non habet. optatiuo ferirer ictus ſim eſsem feriar. Subiunctiuo cum feriar, ictus ſim, eſſem ictus ero. infinitiuo feriri ictum eſse ictum iri. participia hic ictus feriendus.

Ferior ictus ſum.

¶ Item aliud finitiuo inſtanti, Meto metis metit. metimus metitis tunt. metebam meſsem feci meſsem feceram metam. imperatiuo mete, quaſi futuro metito tu. optatiuo utinam meterem meſsem fecerim meſsem feciſsem metam. ſubiunctiuo cum metam rem meſsem fecerim meſsem feciſsem fecero. infinitiuo metere meſsem feciſse meſsum ire. participia metens meſsurus.

Meto meſſem feci.

¶ Ité paſſiua finitiuo inſtanti, Metor ris titur. bar baris batur meſsus ſum eram metar. imperatiuo metere. futuro meſsus eſto.

optatiuo meterer meſſus ſim eſſem tar. Subiunctiuo cum metar ter meſſus ſim eſſem, meſſus ero. infinitiuo meti meſſum eſſe, meſſum iri. participia meſſus metendus.

¶ De Inchoatiuis.

Inchoatiua uerba quæ & unde
Verba ſco ſyllaba terminata inchoatiua.

¶ Sunt quædam uerba quæ inchoatiua appellantur ἀρκτικῶς quoq; rem modo inchoatam & futuram ſignificant, ut horreſco, ideſt, incipio horrere, torpeſco incipio torpere, & regulariter dicendum eſt inchoatiua ea appellari, quæ ſco ſyllaba terminãtur, ſiue ab his uerbis ueniant quæ o litera terminantur, ut horreo horreſco, ſiue ab his quæ r litera terminantur, ut miſereor miſereſco, nec habent præteritum perfectum, quia quod inchoatum eſt, non eſt perfectum, unde quidam ſolent in declinatione inchoatiuorum, cum ad perfectum uenerint, quamuis inchoatiue declinant, nihilominus inchoatiui uerbi perfecti uti, ut horreſco horrui, ut ex eo quod eſt horreo horrui, & palleſco pallui, ex eo quod eſt palleo pallui, horum inchoatiuorum uerba nunc in uſu ſunt, ut tepeſco, quia dictum eſt tepeo, albeſco autem albeo, nam primam poſitionem eius figurauit Virgilius cum ait, Campiq; ingentes oſſibus albẽt. item iuueneſco non habet iuueneo. ſeneſco autem nunc in uſu eſt frequens, apud antiquos tamen & ſeneo dicebatur, unde & Catullus ſic retulit, Nunc recondita ſenet, quiete ſeq; dedicat tibi, gemelle Caſtor & gemelle Caſtoris, ex quacunq; autem coniugatione ortum fuerit uerbum inchoatiuum, in tertia declinabitur coniugatione. Fiunt autem inchoatiua aut a uerbis, aut declinationibus, ut caleo caleſco, deliteo deliteſco, frondeo frondeſco, floreo floreſco, conſueui conſueſco, & cætera.

Miſereſco

Horreſco horrui
Palleſco pallui.
Albeſco albeo.
Seneſco ſeneo.

Aegreſcit
Flammeſcit
Dumeſcit
Herbeſcit
Imperſonalia uerba quæ.

¶ De declinationibus uero app̃ hæc, ut æger eſt ægreſcit, ex flamma flammeſcit, ex dumis dumeſcit, ex herba herbeſcit. Hæc uerba inchoatiua quæ ex appellatiuis deriuantur, præteritũ perfectum non habent omnino. Sunt quædam uerba imperſonalia, ut primi ordinis, iuuat me te illum, reſtat, diſtat. Secundi ordinis ſimiliter, decet me te illum, libet mihi tibi illi, tædet me te illum, liquet mihi tibi illi, dictum a liquido. itẽ licet a licito, declinãtur autẽ ſic, liqueo ques quet. unde figuratũ eſt liquefactũ, oportet me, pœnitet me, pudet me, piget me, miſeret me, q̃uis Saluſtius dixerit in prima hiſtoria, Læpidũ pœnitentẽ cõſilii. Tertii ordinis, accidit, cõtingit. Quarti ordinis, expedit, conuenit, eue-

nit,intereſt,refert.hæc enim primam & ſecũdam perſonam non habent,tertia uero perſonæ addico pronomine,id eſt, me te,tres perſonæ ſignificantur. Ex his quædam perfectum faciunt etiam in hunc modum,licitum eſt,puditum eſt, pertæſum eſt,libitum eſt,pigitum eſt,placitum eſt,miſertum eſt. Eſt alterum genus im perſonalium,quæ in rem conferunt,quibus non quod facit, ſed id quod fiat ſignificatur, ut apud Virgilium,Pugnatur commi nus armis,diſcumbitur oſtro,uiuitur hoc pacto,Itur in antiquã ſyluam,ſedetur,inambulatur,& ſimilia uerba neutralia,ut bene & male,& cætera.accõmodantur autẽ loco,tẽpori,perſonæ. loco ut bene illo loco ſtudetur. perſonæ, ut bene apud illum ſtude- tur.Declinari autem paſſiuo modo non poſſunt,quantũ ad pri mam & ſecundam perſonam, nam tertia perſona tantum exau- ditur,quod alio loco plenius adnotauimus.

Verba quæ fun guntur incuſa- tiuum caſum.
Actiua uerba quæ.

¶Omnia uerba quæ funguntur incuſatiuum caſum,eadem in paſſiuũ reuertuntur,ut credo te,doceo te,negligo te,faciũt enim, credor, doceor, negligor, ſi quando autẽm alio caſu fungantur excepto incuſatiuo,tũc ex ſeſe patere paſſiuũ non poſſunt, ſed per tertiam perſonã paſſiuã ſignificationem exprimunt,ut ex eo quod eſt noceo tibi, nocetur mihi a te facit,do tibi, datur mihi, a te,obiicio tibi , obiicitur mihi a te, nemo enim dicit dor, no- ceor, obiicior,Sic Albanus ea uerba idiomata appellauit , quæ datiuum recipiunt,ut noceo tibi, conſulo tibi,parco tibi , pro- uideo tibi,impero tibi.paſſiue faciunt ſimiliter,per datiuũ enim nocetur mihi,conſulitur mihi,imperatur mihi, obiicitur mihi, & ſimilia,hæc paſſiuam naturam habent,Cæterum,ut ſupra nota uimus , tantum in tertii declinantur. nemo enim dicit noceor, parcor,imperor,dum illud tamen ſciamus etiam infinitiuis om- nibus cadere,ut quæ paſſiuam ſignificationem, præter ea uerba quæ declinatione actiua tantum ſunt , & intellectu paſſiua , de quibus ſupra notauimus , ut ueneo , uapulo , ardeo . Sunt quædam uerba in quibus tantum imperatiuum modum decli- namus in ſecunda perſona ſingulariter & pluraliter,Item in in- finitiuo modo præſentis tantum temporis,& ſunt hæc duo,Im- peratiuo modo aue auete, aueto tu,aueto ille. Infinitiuo modo præſentis tẽporis,auere te uolo uos & illos,itẽ imperatiuo modo, ſalue ſaluete,futuro ſalueto tu,ſalueto ille.infinitiuo modo præ- ſentis tẽporis, ſaluere te uolo,& uos & illos. habet & aduerbiũ

Albanus gram maticus.
Idiomata quæ.
Neutro paſſiua quæ.

Q .ii.

hoc uerbum quum dicimus ſaluiſſe, ſaluoſt domi. Ex prædictis autem uerbis imperſonalibus exempli gratia quæ declinabimus ſic ſecundum ordinis finitiuum inſtantem.

Imperſonalium actiuæ uocis declinatio.

¶ Pudet me te illum. Imperfecto pudebat me te illum. perfecto, puduit me te illum. pluſquamperfecto puduerat me te illũ. imperatiuo inſtanti pudeat me. optatiuo inſtanti & imperfecto utinam puderet me. perfecto puduerit me. pluſquamperfecto puduiſſet me. futuro pudeat me. ſubiunctiuo inſtanti, cum pudeat me. puderet me. puduerit me. puduiſſet me. puduerit me. Infinitiuo inſtanti pudere me. præterito puduiſſe me. Simili modo declinantur & cætera, piget me. libet me. pœnitet me, & fere actiua imperſonalia ſecundi ordinis ſunt.

Imperſonalia actiua fere ſecundæ coniugationis.

Imperſonalium paſſiuæ uocis declinatio.

¶ Item uerbum paſſiuum imperſonalis ordinis declinatur ſic. Itur à me, itur a te, itur ab illo. Iri a me, iri a te, iri ab illo. Præterito perfecto & pluſquamperfecto itum eſſe a me a te ab illo, & cætera tempora quæ poſſunt admitti.

Miſereor an imperſonale ſit.

¶ Item uerbum paſſiuum ordinis quarti, quod an imperſonale ſit quærendum eſt. Finitiuo inſtanti. miſereor reris retur. imperfecto miſerebar batis batur. perfecto miſeritus ſum & fui. pluſquamperfecto miſeritus eram & fueram. futuro miſerebor. imperatiuo inſtanti miſerere. futuro miſeritus eſto. optatiuo inſtanti & imperfecto utinam miſererer, miſertus ſim, eſſem, miſerear. ſubiunctiuo inſtanti miſerear rerer miſertus ſim eſſ[illegible] ero. infinitiuo inſtanti, miſereri. præterito miſertum eſſe & fu[illegible]ſe. futuro miſeritum iri. participia inſtantis hic miſerens. perfecti miſertus. futuri hic miſeriturus. Imperſonalia neq; actiuũ neque paſſiuũ participium habent, nam pudens non eſt participiũ ſed nomen, unde impudens componitur.

Miſeritus. Miſeriturus

Pudens non eſt participium ſed nomen.

¶ De Frequentatiuis.

Frequentatiua Iteratiua quæ

¶ Sunt quædam uerba quæ frequentatiua ſiue iteratiua appellantur, quibus ſignificatur id quod ſæpius futurum eſt, ut dico dictito, ideſt, ſæpius dico. mitto mittito. facio facito, & ſimilia figura ſæpius dicendi, ita tamen ut ſic intelligamus, omnia iteratiua ex quacunque coniugatione figurata fuerint primæ declinationis coniugationem habere. Sed inuenimus & ſcriptitare, ex eo quod eſt ſcribo ſcriptito. item datare, ideſt, dato datas datare.

Dictitare

Datare

¶ De Paragogis.

Verba Paragoga.

¶ Sunt quædam uerba quæ Paragoga appellantur, ex primiti-

ui uerbi & mutationem & adiectionem literarum capiunt, & nihilominus interdum uariant, ut laceſſo, ex eo quod eſt lacero, ſed hæc uariantur, laſeſſere enim eſt concitare, faceſſo æque, hinc fit faceſſere diſcedere intelligitur. arceſſo, errant qui putant ex eo quod eſt arceſſio, ſed accerſo ſicut arceſco, ſed intereſt qđ arceſcere eſt accuſare, accerſere autem uocare. hæc duo uerba ſunt tertii ordinis, & arceſſere & accerſere, infinitiuum faciunt arceſſere non arceſſire, accerſere non accerſire, & imperatiuum arceſſe & accerſe, non arceſſi. & accerſi. capeſco capio figura ſæpius capiendi.

Laceſſo a uerbo lacero.
Laceſſere quid
Faceſſere quid
Arceſſere eſt accuſare.
Accerſere uocare.
Capeſcere quid

¶ Sunt quædam uerba quæ inſtanti modo ſimiliter efferuntur, & in declinatione diuerſam ſignificationem mutatione literę habent, ut pando pandis & pandas ἐξαπλοῖς διαςρέφειν. Infinitiuo pandere pandare. mando mandas mandis mandare mandere. fundo dis das fundere fundare. cõpello lis las compellere compellare. uolo uis uolas uelle uolare. dico cis cas dicere dicare, & ſi qua alia inueniuntur.

¶ Omnia imperatiua tertiæ declinationis ſecundam perſonam inſtantis temporis per e literam terminantur, corrumpuntur autem hæc tria, ut facio fac, dico dic, duco duc, & quæ ab his ſunt, dico abdico abdic. prædico prædic. indico indic. abduco abduc. adduco adduc. perduco perduc. reduco reduc. ſed facio quod ſub notauimus, ſi præpoſitionem acceperit redit ad regulam, ut inficio infice. adficio adfice. conficio cõfice, ſed apud ueteres ſalua eſt regula, nam dixerunt face, duce, dice.

Imperatiua tertiæ coniugationis omnia per e literam terminantur.

¶ Omnia uerba quorum pfecto prima ſyllaba iteratur, adiecta ꝓpoſitione deſinunt iterare, ut tẽdo tetendi, cado cecidi, adiecta præpoſitione intendo intẽdi facit, incidi & pepuli, & expuli &c. præter hæc, diſco didici, & adiecta præpoſitione addiſco addidici, & curro cucurri, excurro excucurri. ſic enim apud auctores nõ nunquam inuenimus, alioquin recurri dicimus & excurri, Quare imperfectum tempus aut ſyllabis creſcat aut minuatur, aut par ſit, non eſt inuenta ratio, nec cur à correptis producatur, ut traho traxi, aut a productis corripiatur, ut diſco dici.

Præterita perfecta iterantia, adiecta præpoſitione deſinunt iterare.

¶ De Confuſis.

Verba confuſa
Odi
Noui
Pepigi
Memini

¶ Sunt quædam uerba confuſis temporibus, ut odi, noui, pepigi, memini. in his enim inſtans & perfectum tempus idem eſt. item imperfectum & pluſquamperfectum, nec participium ferè

habent, temporibus autem deficere dicuntur, declinantur autē hoc modo, Verbum finitiuum tēporis inſtantis & imperfecti, odi odiſti odit. impfecto & pluſq̄pf. oderā. paſſiuo modo oſus eram & fueram. futuro odero. inſtanti imperatiuo oderis oderit. optatiuo inſtanti & imperfecto oderem oderim. eiuſdem temporis paſſiuo modo oſus ſim. pluſq̄perf. odiſſem. eiuſdem tēporis paſſiuo modo oſus eſſem. futuro oderim. ſubiunctiuo inſtanti, cum oderim oderem oderim. eiuſdem temporis paſſiuo modo oſus ſim. pluſquamperfecto odiſſem. eiuſdem temporis paſſiuo modo, oſus eſſem. futuro quum odero. infinitiuo inſtanti odere. præterito perfecto & pluſquamperfecto odiſſe. paſſiuo modo, peroſum eſſe. futuro oſurum eſſe. participium inſtantis non habet. futurū hic oſurus & cætera. Huic uerbo ſimilia ſunt memini noui. Sed hæc etiam quandoq; futurum habent imperatiuo, memini quidem memento tu, memento ille, mementote. Noui autem nouito tu, nouito ille, nouitote nouerint. Hæc uerba paſſiua non habent, ſed cum obſeruatis ſuis perfectis per ſuas anguſtias declinantur, dum tamen perfectum per paſſiuam formam exprimant. uidetur enim in ſimilitudinem mixtorum uerborū declinari. nam perfectum odi quidem, paſſiuo modo exoſus ſim & fuerim. pluſq̄perfecto exoſus eſſem & fuiſsem. memini, optatiuo utinam memor ſim & fuerim, & memor eſſem & fuiſsem. noui utinam notum habuerim, & notum habuiſsem. Declinantur autem & iſta hoc modo, Finitiuo inſtanti, noui nouiſti nouit. imperfecto noueram. perfecto noui. pluſquamperfecto noueram. futuro nouero. optatiuo inſtanti & imperfecto utinam nouerim. perfecto & pluſquamperfecto nouiſsem & noſsem. eiuſdem temporis paſſiuo modo utinam notum habuiſſem. futuro utinam nouerim. ſubiunctiuo inſtanti & perfecto cum nouerim. pluſquamperfecto cum nouiſsem. eiuſdem temporis paſſiuo modo cum notum habuerim. pluſquamperfecto cum notus eſsem. futuro cum nouero. infinitiuo inſtanti noſse. præterito perfecto & pluſquamperfecto nouiſse aut notum habuiſse. Futuro notum habiturum iri. participium notum habiturus. item aliud finitiuo inſtanti & perfecto memini ſti nit. imperfecto & pluſquamperfecto memineram ❀ paſſiuo modo memor ſum & fui, memor eram & fueram. futuro meminero. imperatiuo inſtanti memineris. futuro mementote. optati

Odirem
Oſus ſum.
Meminiquomodo declinetur.
Memento
Nouito tu
Exoſus ſum
Notū habuerim
Notū habuiſſe.

uo inſtanti & imperfecto utinam meminerim. perfecto & pluſq̃ perfecto meminiſſem. paſſiuo modo utinam memor ſim. pluſq̃. utinam memor eſſem. futuro utinam meminerim. ſubiunctiuo inſtanti cum meminerim. imperfecto cum meminerem, cum meminerim, meminiſſem, meminero. infinitiuo præteriti temporis meminiſſe. futuro memorem futurum. Hæc tria uerba, odi, noui, memini, pepigi iuxta quoſdam ne imperatiua quidem habent omnino, cum etiam in eo quod eſt memini, futurum tamẽ ſit, & hoc duntaxat perſona.

¶ In his uerbis quibus notauimus imperatiuum deeſſe, quæ ſunt memini, odi, noui, pepigi, grãmatici inducunt imperatiuũ hoc modo, dicunt enim omnia imperatiua tribus modis intendi poſſe, ut dic, dicas, dixeris, & ita diſtinguunt, dic ex eo quod eſt ſolitæ regulæ quam in declinatione obſeruamus, dicas autem & dixeris per defectionem imperatiui ut ſit, fac dicas, & fac dixeris, quorum alterum, hoc eſt dicas, optatiuorum futurum eſt, item ſubiunctiuorum inſtans, alterum, quod eſt dixeris, ſubiunctiuorum futurum ſiue perfectum eſt. hinc ergo modo imperatiuis uerbis quæ præpoſuimus adſignant, quæ non habere notauimus, ut memineris, quod figuratur ita, fac memineris, quod ipſum etiam in omnibus obſeruari uerbis poteſt, quamuis habeant ſua imperatiua, ut ames, ut ſit, fac ames & amaueris. ſimiliter & rem doceas, fac doceas, fac docueris, uincas, fac uincas, fac uiceris. item munias, fac munias. Præponuntur autem in paſſiuo alia multa, ut rogo, uolo, moneo, quæſo, hortor, ideſt, uolo facias, rogo dicas, & cætera.

Imperatiui defectioni quomodo ſubueniatur.

Fac dicas
Fac dixeris
Fac memineris.
Volo facias
Volo dicas

¶ Imperatiua iterum præcedente ne ſyllaba quadrifariã exprimuntur, ut ne nega, ne neges, ne negaueris, noli negare. item, ne timeas, ne timueris, noli timere, & cætera ſimiliter.

Ne nega, ne neges, ne negaueris, noli negare.

¶ Item eorum uerborum quorum declinationes inſeruimus, quæ uidentur & ipſa defectiua ſeu corrupta eſſe, ideo quod inter confuſa relata & ambigue declinari, & ſunt hæc, ut in finitiuo inſtanti, Volo uis uult. uolebam uolui uolueram. uolam les let. imperatiuo inſtãti uelis uelit. futurum nõ habet. optatiuo inſtanti & imperfecto utinam uellem uoluerim uoluiſſem uelim. ſub iunctiuo inſtanti cum uelim uellem uoluerim uoluiſſem uoluero. infinitiuo inſtanti uelle. præterito uoluiſſe. futurum non habet. participiũ inſtans tantũ hic uolens. Similiter nolo nonuis

Volo uis ambigue declinatur, & quomodo.

Voluere quid
Volo uolas.

nonuult. malo mauis mauult, quanquam etiam circa hæc uerba ſimiliter imperatiua obſeruare debemus ſecundum annotationem præcedentem. Sed ſunt qui ita dicunt, malis nolis, & optatiuo tantum inſtanti & præterito imperfecto, utinam malim lis lit, & nolim nolis nolit. Videndum eſt, ne in ſimilitudinem cadant uolo & uoluo, quod eſt κυλῶ, ubi enim duas uocales ad ſemet declinauerit, uoluo ebam uolui, uoluo autem eſt tertiæ declinationis. Tot uoluere caſus, nam uolo uolas primæ eſt, Volat ille per aera magnũ, & quæ ex uolo uerba fiunt, nolo & malo futurum neq; infinitum neq; participium habent.

Sum uerbum quomodo declinetur.

❡ Item aliquod uerbum ita declinatur, Finitiuo inſtantis, Sum es eſt. imperfecto eram. perfecto fui. pluſquamperfecto fueram. fututo ero. imperatiuo inſtantis eſto. aliis ſis ſit, ſimus eſte ſint. futuri autem quaſi futuri, eſto tu & ille, eſſemus eſtote, ſint & ſunto. optatiuo inſtanti & imperfecto, utinam eſſem. perfecto fuerim. pluſquãperfecto fuiſſem. futuro ſim. ſubiunctiuo inſtanti, cum ſim eſſem fuerim fuiſſem fuero & ero. infinitiuo inſtanti eſſe. præterito pluſquamperfecto fuiſſe. futurum eſſe, & futurum ire. nec appellationem, nec nomen, nec participium præbet, ſed nec paſſiuum facit, participia tamen recipit hæc tantum, ſingularis, ut hic futurus. & pluraliter, ut hi futuri & cætera. Similiter declinantur etiam quæ ex eo compoſita ſint, ut proſum, adſum, præſum, deſum, obſum, interſum, inſum, & ſiqua alia ex his deriuantur, ſed ex his duo ita habent participia etiam inſtantis, præſum & abſum, nam præſens & abſens dicimus, Inter hæc quæ a ſum uerbo pronuntiantur, ut poſsum non poteſt uideri, facit enim perfectum potui, cuius declinationem inſeruimus. ut finitiuo inſtãti, Poſsum potes teſt. poteram potui potueram potero. imperatiuo inſtanti, poteſt poſſit, poſſimus poteſtote poſſint & poſsunto. optatiuo inſtanti & imperfecto utinam poſsem potuerim potuiſsem poſſim. ſubiunctiuo inſtanti cum poſſim poſſem potuerim potuiſsem potuero. infinitiuo inſtanti & præterito tantum poſse potuiſse. futurum non habet. participium inſtãs tantum hic potens, ſed quidam dicunt participium inſtans temporis præſentis ne quidem hæc habere, nam potens nomen eſt, ſiue appellatio non participium.

Præſens
Abſens
Poſſum an ſit a ſum.
Poſſum quomodo declinatur.
Poteſtote poſſunto

Potens nomẽ eſt & nõ participiũ

❡ Item aliud uerbum finitiuum inſtantis, eo is it. ibam ii ierã ibo. imperatiuum i eat, eamus ite eant, quaſi futuro ito eat, ea-

Eo is quomodo declinetur.

mus itote eant. optatiuo inſtans & imperfectum utinam irem ierim iſsem eam. ſubiunctiuo cum eam irem ierim iſsem iero. infinitiuum inſtantis ire iſſe itum eſse.futuro itum ire iturum eſse.participium inſtans hic iens.futurum hic iturus, & cætera ſimiliter,quæ ab eo compoſita ſunt,ut abeo,ineo, ſubeo, adeo, prodeo,circumeo,intereo,pereo,prætereo,exeo,præeo,coeo, ueneo,queo,nequeo,redeo,tráſeo,anteeo.prodeuntem,abeuntem, ſubeuntem dicemus & cætera non prodientem,alioquin peccabimus.item abientem ſubientem.

Fero fers quomodo declinatur.

¶ Item aliud uerbum finitiuum inſtantis, Fero fers fert.ferebam.tuli.tuleram. feram res ret.imperatiuum inſtans fer ferat. futuro ferto tu & ille.optatiuum inſtans & imperfecto,utinam ferrem tulerim tuliſſem feram. ſubiunctiuum cum feram ferrē tulerim tuliſſem tulero. infinitiuum ferre tuliſse latum ire & laturum eſse.paſſiuum latum iri.participia ferens laturus,& cætera ſimiliter quæ ab eo compoſita ſunt,tam actiuo q̃ etiam paſſiuo modo declinantur,ut defero,adfero,profero, præfero, effero, differo, confero, refero, antefero, aufero, ſuffero, circumfero, transfero.

Edo es eſt quomodo declinetur.

¶ Item aliud uerbum finitiuum inſtans, Edo es eſt. edimus editis edunt,ſed ueteres edo edis edit.imperfecto edebam.perfecto edi.pluſquam.ederam. futuro edam. imperatiuum inſtans, ede edat.edamus edite uel eſte edant.futuro edito edat.edamus editote,quaſi futurum eſto edat.edamus eſtote edant.optatiuū inſtans & imperfectum utinam ederem ediſſem eſsem edam. ſubiunctiuum.edam ederem ederim ediſsem eſsem edero. infinitiuum edere ediſse eſse eſum ire eſurum eſse. participia hic edens,hic eſurus,& cætera ſimiliter quæ ex eo ueniūt.ut comedo abedo,circumedo.paſſiuo modo edor & cætera.

¶ Verba quæ perfectum mutuant, ſicut in ſuperioribus uarie comprehenſum eſt,hæc ſunt,ſpondeo ſpopondi.paſco paui. ferio feri percuſſi.meio minxi.uerro uerri. necto nexui. uincio uinxi.pecto pexui.incedo inceſſi.fero tuli. ſero ſeui.urgeo urſi. texo texui.torqueo torſi.ſcindo ſcidi.prandeo prandi. tollo ſuſtuli.confero contuli.ludo luſi.denſeo denſi.incipio incepi.coepi.proſto proſtiti.mergo merſi.eruo erui.frango fregi.deſino deſii.cambio campſi.hæreo hæſi.haurio hauſi.farcio farſi. ſatago ſategi.ago egi.dico dixi.uolo uolui uolaui. contero contriui. pro

mo prompſi.adſueſco adſueui. calfio calfactus ſum. madefio madefactus ſum fui.tero triui.diſco didici.ſterno ſtraui.concoquo concoxi,allido alliſi.obſto obſtiti.creſco creui.cano cecini.pergo perrexi.tueor tuitus.ueſcor paſtus ſum.audeo auſus ſum.

Participia præteriti temporis in actiuis apud latinos non eſſe

¶ Admonendi tamen ſumus participialia in actiuis præteriti temporis non eſſe,ut græce dicimus φιλήσας ποιήσας,recipiuntur autem in poſitione paſſiua quæ non habent paſſiuā declinationē,ſicut apud ueteres inueniuntur, ut iuratus, nō enim dicimus iuror,ſimiliter & pranſus, cœnatus,potus , iniuratus, hæc enim quoniam ſunt actiua & non patiuntur , recipiuntur paſſiuo modo.Hæc in cæteris uerbis & participiis dici non poſſunt, quidam & caſus δύσας ὁ ἥλιος.

Participium actiuum pro paſſiuo.

¶ Item in paſſiuis participia præſentis temporis non ſunt, abutuntur autem ueteres actiuo pro paſſiuo,ut apud Virgilium, Genibuſq; uolutans hærebat, deeſt ſe ut ſit uolutans ſe. præcipitans traxit omnia,deeſt ſe ut ſit præcipitans ſe.

¶ De Qualitatibus latini ſermonis & Temporibus.

Qualitates uerborum.

Tempora uerborum.

¶ Qualitates ſermonis latini certiſſimas, qbus tēpora copulata ſermone connectūtur,iſtas accepimus,finitiuā,optatiuā, ſubiunctiuam,quas notas omnibus certo ſcio,ideoq; de his quid quæq; ſignificet,ſimul quod non alienū ab re eſt,tempora quæq; omnia principialia,& quæ ex his deriuantur explanauimus. Sunt enim tempora inſtans quod & præſens,præteritum imperfectum,perfectum,pluſquamperfectum,futurum,de quibus,ut breuiter dicam,uniuerſa nobis adminiſtrabitur oratio, igitur iſta tempora quoniam modo finitiua,nonnunq̃ optatiua,ſæpenumero ſubiunctiuā ſunt,prout ratio ſuadet,iungentur.

Subiunctiua uerborum qualitas.

Tempora uerborum quomodo inter ſe coniungantur.

¶ Sermo dum finitiuus eſt , abſolute effertur , at dum optamus,aut dum ut repleatur ſenſus,neceſſario ſubiungimus,unde ſubiunctiua quoq; appellata eſt uerbi qualitas , itaque coniunguntur tēpora inter ſe hoc modo. Inſtans finitiuorū iungitur inſtanti ſubiunctiuorū, ut dico,q̃uis intelligas.item idem tempus inſtans finitiui iungitur perfecto ſubiunctiui, ut dico quamuis intellexeris. idem tempus iungitur & futuro optatiuorum , ut dico ut intelligas , ut apud Virgilium , non enim refugimus quædam exemplis probare, Quanquam animus meminiſſe horret,luctuq; refugit,Incipiam.

¶Imperfectum finitiuorum iungitur imperfecto ſubiunctiuorum, ut dicebam quamuis intelligeres. Item id tempus iungitur & pluſquamperfecto ſubiunctiuorum, ut dicebam quamuis intellexiſses. perfectum finitiui & pluſquamperfectum iungitur imperfecto ſubiunctiuorum & pluſquamperfecto , ut dixi quamuis intelligeres, dixi quamuis intellexiſes, dixeram quãuis intelligeres, dixerã q̃uis intellexiſses. Item futurum finitorũ iungitur inſtanti ſubiunctiuorũ & perfecto & futuro& optatiuorũ futuro, ita, dicam quamuis intelligas, dicã q̃uis intellexeris, dicã ſi intellexeris, dicat ut intelligas. nonnunquam iungitur perfecto finitiuo futuro optatiuorum, ita, dixi ut facias . Cæterum quod ſuperius & imperfecto ſubiunctiuorum iungi diximus, hanc adfert differentiam, ut interſit utrum dixi ut faceres , an dixi ut facias, quoniam ſuperius dixi ut faceres, & tempore quo dixi, & tempore quo ut fiat dixi, præteriſse ſignificat. In eo uero quod eſt dixi ut facias, dictum tempus præteritum ſignificat. facti in futuro ſuſpendit, cum adhuc, quoniam fieri poſſit quod iuſſit incertum ſit fiat nec ne.

¶Reperimus apud ueteres inſtanti finitiuorum iungi etiam imperfectum ſubiunctiuorum, quod raro fit, eius exempla probandi gratia , uel ſola Ciceronis ſufficiat auctoritas pro Sexto Roſcio, ut cum nulla etiam proſcriptionis commemoratio fieret , cum etiam qui antea proſcripti erant ſederent , nomen refertur in tabulas Sex. Roſcii. Item ſubiunctiua uiciſſim inter ſe iunguntur hoc pacto , imperfectum imperfecto, ſic dicerem ſi ſcirem . pluſquamperfectum pluſquamperfecto ſic , dixiſſem ſi ſciſſem . Item pluſquamperfectum imperfecto ſic , ſcripſiſſem tibi ſi ſciſsem. & priore quidem ſermone, ſcriberem tibi ſi ſciſsem , ſignificat ſæpe ſcripturum fuiſse , ſi uel ſemel ſciret , ſequenti uero ſcripſiſsem tibi ſi ſcirem , ſignificat ſcripturum fuiſse, uel ſi ſæpius cognouiſset. ſi quid difficultatis ineſse uidetur rei tenuitati non nobis imputandum eſt.

¶Libri Tertii finis.

FL· SOSIPATRI

CHARISII INSTITVT. GRAM.

LIBER QVARTVS.

DE BARBARISMO VT AIT COMMINIANVS.

BARBARISMVS EST DICTIO uitioſa. Hæc autem diffinitio generalis eſt aut ſpecialis, ſed quoniam in contextu orationis una pars eius intelligitur, conſuetudo hunc tantum Barbariſmum appellat, qui fit in una parte orationis, aptius tamen utemur hac diffinitione.

Barbariſmus quid
Metaplaſmus quid
Solœciſmus
Schema apud poetas quid
Barbarolexis
Barbariſmus quot modis fiat.
Feruere pro feruerunt.
Salſamentum
Olli pro illi
Soni qui diphthongi.
H aſpirationis nota.
Chorona pro corona.

¶ Barbariſmus eſt una pars orationis corrupta, Sed hoc uitiũ in ſoluta oratione nomen ſuum retinet, cæterum apud poetas Metaplaſmos uocatur, ſolœciſmus autem ſchema, Barbariſmus eſt βαρβαρόλεξις, ideſt, dictio barbara, ſed hoc uitium inter ſe differt, quod barbariſmus fit in noſtra loquela, βαρβαρόλεξις in peregrina.

¶ Barbariſmus fit modis quatuor, adiectione, detractione, tranſmutatione, Adiectione temporis, ut, Italiã fato profugus, cum Italia corripi debeat, Literæ, relliquias Danaum, cũ reliquiæ dicantur, Syllabæ, ut, Nos abiiſſe rati, pro iſſe. Detractione tẽporis, ut, Feruere Leucaten, pro feruere, producta e litera, Literę, ut ſi quis dicat Plionem pro Polionem. ſyllabæ, ut imperiti dicũt ſalamentum pro ſalſamento. Trãſmutatione literæ, ut ſi quis dicat reilcum pro eo quod eſt relicuum. immutatione literæ, ut ſi quis dicat olli pro illi. Fit immutatio & per ſonos, cum aut acutus pro graui, aut grauis pro acuto, aut alio quolibet ponitur ſonus. in permutatione inuenitur, Similiter enim aſpiratio ad ſonũ pertinet, tãetſi nos nõ quaſi literã ponimus, ſed hoc uitium in ſcripto inuenitur, cũ aut choronam ꝑ corona, aut umum ꝑ humo legimus, aliis uberius ita placuit diffinire de barbariſmo.

¶ Barbariſmus

ℭ Barbariſmus eſt dictio aut pronuntiatione, aut ſcriptura aliqua ſui parte uitioſa. Barbariſmus fit modis quatuor, adiectione, detractione, immutatione, tranſmutatione. Adiectione, cum una pluresue literæ iniiciuntur non neceſſariæ, ut nec polyhymnia Lesboum refugit tendere barbiton. Detractione, cum litera literæ ue inconuenienter detrahuntur, ut actæ non alio rege puertiæ, proprie enim pueritiæ dicuntur, & cum nantes ἀντὶ τοῦ natantes ponimus. Immutatione, Conticuere omnes, pro conticuerunt. Tranſmutatione, Pinguiaque in ueribus torrebimus exta colurnis, cum ſit corylus arbor. Præterea enuntiatione, cum aut producimus aut corripimus, aut adſpiramus aut adſpirationem ſubtrahimus, non poſtulante ratione.

Polyhymnia pro polymnia apud Horatium.

Nattes pro natantes.

ℭ Inter barbariſmum & ſolœciſmum hoc intereſt, quod barbariſmus in ſingulis uerbis fit, in quocunque modo contra morem latinitatis, Solœciſmus autem quando diſcrepantes inter ſe dictiones habet.

ℭ De Solœciſmo ut ait Comminianus.

Comminianus grammaticos.

Solœciſmus quid

ℭ Solœciſmus eſt oratio inconſequens. Fit autem per partes orationis, aut per accidentia partium orationis. Per partes orationis, ut, Inualidus, etiamque tremens & iam inſcius æui. iam pro etiam, nunc coniunctio poſita pro aduerbio. Per accidentia partibus orationis fit ſolœciſmus in plures ſpecies diuiſus, per qualitates, genera, numeros, modos, tempora, comparationes, caſus, perſonas. Per qualitates nominum, Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto, Dardanus pro Dardanius, poſuit proprium nomen pro appellatiuo. Per qualitates uerborū, ut at uero Rutulis impar ea pugna uideri, Iamdudū, pro uidebatur, poſuit infinitiuum uerbum pro finitiuo. Per qualitates aduerbiorum, ut intus eo pro introeo, aut intro ſum pro intus ſum. Per qualitates præpoſitionum, ut, Ad quem tum Iuno ſupplex his uocibus uſa eſt, pro apud quem. Per genera nominum, hæc finis Priami, pro hic finis. Per genera uerborum, ut balneum lauatur pro lauat. Per numeros, ut pars in fruſtra ſecant, pro ſecat, poſuit pluralem numerū pro ſingulari. Per caſus, ut uir bonus & ſapiens dictis ait eſſe paratus, pro paratum ſe eſſe. Per perſonas, ut uoſque lares tectū nomē qui funditus curant pro curatis. Per modos, ut, Nec ueni niſi fata locum

Iam pro etiam

ſedemq; dediſſent, pro nec ueniſſem, poſuit indicatiuum mo‑dum pro ſubiūctiuo. Per tempora, ut, ceciditq; ſuperbum Ilium & omnis humo fumat Neptunia Troia, pro fumauit. Per com‑paratiuum, ut ſi quis dicat magis doctior, cum aut per ſe doctior dici debeat, aut magis doctus, ut apud Virgilium, Se‑quimur te ſancte deorum, quiſquis es. pro ſanctiſſime. Fit ſoloe‑ciſmus & per ordinem coniunctionum, ut ſi quis dicat, autē fieri non debet, cum ſit dicendum, fieri autem non debet. Dicunt quidam ſoloeciſmum & in uno uerbo fieri, ut ſi quis foeminam oſtendat, & dicat hic, intelligendum eſt huic dictioni accidere de monſtrationem & ſic effecit duas partes orationis.

¶ Aliis ita placuit definire de ſoloeciſmo. Soloeciſmus eſt non conueniens orationi ſermonis uerborúmque iunctura. Soloe‑ciſmus quoque fit modis quatuor, adiectione, detractione, immutatione, tranſmutatione. Adiectione, cum ſuperuacuo quid ſententiæ adiicitur, ut reginam petit hæc oculis, hæc pe‑ctore toto hæret, & interdum gremio fouet inſcia Dido. Hic enim Dido abundat. Detractione, cum minus quàm debet ſen tentia uerborum habet, ut, Implentur ueteris Bacchi pin‑guiſque ferinæ, deeſt enim carnis. Immutatione cum aliæ par‑tes orationis pro aliis collocantur, aut accidentia eis immuten‑tur, ut, At non ille ſatum quo te mentiris Achilles, Talis in hoſte fuit Priamo, debuit enim me dixiſſe, & econtratio de‑generemque Neoptolemum narrare memento. Tranſmutatio‑ne, cum nomen pro uerbo ponitur, ut Non metus officio nec te certaſſe priorem Poeniteat, pro non metuendum eſſe. Nomē pro participio, ut hinc populum late regem, pro late regnan‑tem. Participium pro nomine, ut uitæque uolantum, pro uo lucrum. Participium pro uerbo, Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto, pro ſic orſus eſt. Pro aduerbio coniunctio, ut hic ad ueteres fagos, pro ſicut hic, Et cum accidentia parti‑bus orationis immutantur, qualitatem, numerum, figuram, ge nera, perſonas, ordines, tempora, ſignificationes. Qualita‑tes, ut in nominibus, Abſolutum pro relatiuo, ut neue putes alium ſapiente bonoque beatum, pro beatiorem. Abſolutum pro ſuperlatiuo, ut ſequimur te ſancte deorum, pro ſanctiſſi‑me. Abſolutum pro deriuatiuo, ut, Purpura Meandro du‑plici Melibæa cucurrit, pro melibæenſis. Item quum finitiua

pronomina pro qualitatis ſignificatione ponunt,ut, Hunc ego te Euryale aſpicio, pro talem. Verbis, cum pronuntiatiuum pro adiunctiuo ponitur, ut quamuis ſolus auem cœlo deiecit ab alto, pro deieciſſet. Aduerbiū, cum relatiuum pro abſoluto, ut, Sæpius Andromache ferre incomitata ſolebat, pro ſæpe. Præpoſitionibus, ut, Area cum primis ingenti æquandra Cylindro, pro cum imprimis. Coniunctionibus, Semper erunt quarum maturi corpora malis, ſemper enim refice, pro ſemper itaque. Per genera nominum, ut, Timidi uenient ad pocula damæ, pro timidæ. Pronominibus, ut quis tu es mulier, pro quæ. Participiis, ut Oculis capti fodere cubilia talpæ, pro captos habentes oculos. Per numerum nominibus, ut, Multa tibi ante aras noſtra cadet hoſtia dextra, pro multæ. Pronominibus, & nos aliquod noménque decúſque ἀντὶ τοῦ, & ego geſſi. Participiis, Senſit medios dilapſus in hoſtis, pro ſenſit ſe dilapſum. Præpoſitionibus, ut, Diſtrictus enſis tui ſuper impia ceruice dependet, pro ſuper impiam. Figuris, ut, Falſa ad cœlum mittunt inſomnia & incanaque menta, pro cana menta. Pronominibus, ut ipſa egomet dudum Beroen, pro ipſa ego compoſuit ipſa egomet, quod non debuit. Verbis, ut littore ahena locant alii, pro collocant, & recalent non Tyberina fluenta pro calent. Participiis, ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti. Perſonæ immutantur pronominibus, ut quid furis aut quonam noſtri tibi cura receſſit, pro tuorum. Aduerbiis, Migrantis cernas totaque ex urbe ruentes, pro cernas. quis ordo immutatur, Pronominibus, cum propoſitiua pro coniunctiuis ponuntur, ut hic canit errantem, pro is. Coniunctionibus, horum quia mauis ſtultus ne malus ne uideri, pro ſtultus ne an malus. Temporibus uerborum aut participiorum, ut Progeniem ſedenim Troiano à ſanguine duci, audierat, & ſuſpenſi Eurypilum ſcitatum oracula Phœbi mittimus, pro ſciſcitatū. Significationibus uerborum participiorúq;, ut, Et nox iam humida cœlo, Præcipitat, actiuum pro paſſiuo. Aduerbiorum ſignificationibus, ut hic regina grauem gemmis, pro tunc. Locale poſitum pro temporali, aut quantitatis, Multum ille & terris, pro diu. Tranſmutatione, ut ſolus qui paridem ſolitus contendere contra.

DE VITIIS CAETERIS.

De Acyrologia.

Acyrologia qd Sperare pro timere.

Acyrologia eſt dictio impropria, ut, Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. ſperare enim dixit pro timere.

De Cacephato.

Cacephaton qd

Cacephaton eſt comparatio uerborum obſcœnæ ſignificationis, aut unius uerbi obſcœna pronunciatio. cõpoſitione fit, ut cũ Numerio fui, ſed emendabitur hoc uitiũ interpoſita aliqua parte orationis, ut cum quodam Numerio fui. fit & in uno uerbo, ut apud Saluſtiũ, Ductabat exercitũ, & arrexit animos militum.

De Pleonaſmo.

Pleonaſmus

Pleonaſmus eſt ſententia uerbo plus q̃ neceſſe eſt abundãs, ut ſic ore locuta eſt, cum ſufficeret dici, ſic locuta eſt.

De Ellipſi.

Ellipſis

Ellipſis eſt ſententia uerbo minus q̃ neceſſe eſt, ſalua tamen compoſitione uerborum, ut par eſt in medio uictoria ponto, etiã Danai, niſi referunt pro, ne ſic quidem referunt.

De Periſſologia.

Periſſologia

Periſſologia eſt multorum uerborum adiectio ſuperuacua, ut ibant qua poterant, qua non poterant, non ibant, hic enim excepto ibant omnia ſuperuacua ſunt.

De Macrologia.

Macrologia

Macrologia eſt oratio longa ſine cultu, ut apud Liuium, Legati non impetrata pace, retro unde uenerant domum reuerſi ſunt, nullum enim pondus adiecit ſententiæ longitudo, ſed decorem abſtulit.

De Tautologia.

Tautologia Egometipſe

Tautologia eſt eiuſdem aut idem ſignificantis uerbi iteratio, ut egometipſe.

De Tapinoſi.

Tapinoſis

Tapinoſis eſt rei magnæ humilis expoſitio, ut apud Horatium Flaccum, Pælidæ ſtomachum cædere neſcii, humiliter enim ſtomachum pro ira dixit.

De Cacoſyntheto.

Cacoſyntheton

Cacoſyntheton eſt indecens ſtructura uerborum talis, ut Verſaque iuuencum terga fatigamus haſta.

De Amphibologia.

Amphibologia eſt dictio ſententiaue dubiæ ſignificationis. dictio, ut uadatur Cato, ſententia, ut Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe, ambigua enim ſors fuit ante euentum, utrũ Pyrrhus a Romanis, an Romani a Pyrrho uinci poſſent, fiet aliquando & in uno uerbo, ut ſi quis te dicat hominem occidiſſe, cum appareat & eum qui loquitur, occiſum non eſſe.

Amphibologia. Vadatur Cato. Pyrrho Epirotæ data ſors.

DE TROPIS.

Tropus eſt dictio tranſlata à propria ſignificatione ad non propriam ſimilitudinem decoris aut neceſſitatis aut cultus gratia. Tropi ſunt numero duodecim, Metaphora, Catachreſis, Metalepſis, Metonymia, Antonomaſia, Hyperbaton, Hyperbole, Allegoria, Homœoſis. Horũ omnium generalis eſt metaphora, cæteri eiuſdem ſpecie diuiduntur.

Tropus quid

De Metaphora.

Metaphora eſt dictio tranſlata a propria ſignificatione ad nõ propriam ſumi decoris aut neceſſitatis aut cultus gratia. Hæc fit modis quatuor, ab animali ad animale, ab animali ad inanimale, ſicut, Typhin aurigam celeres fecere carinæ, ab agitatore ad gubernatorem tranſtulit. ab animali ad inanimale, ſicut, At procul excelſo miratur uertice montis, pro cacumine, nunc uerticem dixit, qui eſt animalium. ab inanimali ad animale, ſicut, Si tantum pectore robur, concipis. a ligno ad hominem tranſtulit, ab inanimale, ſicut, Pelagus tenuere rates, pro nauibus rates dixit. Metaphoræ quæ a græcis Acoluthoi appellantur, ut, Typhin aurigã celeris fecere carinæ, quod quemadmodum in naui auriga dicitur & in curru gubernator, ut magna contorſit equos ui gubernator, quędam non cõmunes, quę a græcis anacoluthoi appellãtur, ut uertice montis, non enim poteſt inuicem dici cacumen hominis ſicut uertex montis.

Typhis argus nauis gubernator. Metaphora Argonauts a celeritate dicta Auriga pro gubernatore Rates pro nauibus Metaphoræ acoluthoi Tranſlationes mutuæ Gubernator pro auriga.

De Catachreſi.

Catachreſis eſt dictio alienæ rei neceſſario poſita, hæc a metaphora hoc differt, quod illa uocabulum habẽti largitur, hæc quia non habet proprium alieno utitur. ut parricida dicitur qui fratrem aut ſororem occidit, cum ſit ille proprie parricida non qui fratrem aut ſororem, ſed qui patrem occidit.

Catachreſis Parricida quid

ℂ De Metalepſi.

Metalepſis ℂ Metalepſis eſt dictio per gradus homonymiæ ad propriam ſignificationem deſcendens, ut ſpeluncis abdidit atris, ab atris enim nigra intelliguntur, ut ex nigri; tenebras habentes, ex hoc præceps profundum.

ℂ De Metonymia.

Metonymia ℂ Metonymia eſt dictio ab aliis ſignificantibus ad aliam proximitatem tranſlata, eſt autem metonymia latior tropus, q̃ ut poſſit per omnes ſpecies in artem referri, neceſſariis tradetur exemplis, ut literas tuas accepi, cum ſignificet epiſtolam. Per inuentorem dominantémue, inuentum ſubiectúmue, ut ſine Cerere & Libero friget Venus, uult enim per Cererem intelligi panẽ, per Liberum uinum, per Venerem concubitum. Per inuentum ſubiectúmue inuentorem dominãtémue, ut ſi quis Vulcanum ſignificare uelit ignem dicat, aut faciente id quod fit, ut ſtilo deſertus ſum, pro deſtitutus ſum ſcriptis, ab eo quod fit id facit, ut pigrum dicitur frigus, non enim ipſum frigus pigrum eſt, ſed pigros facit.

ℂ De Antonomaſia.

Antonomaſia ℂ Antonomaſia per accidens proprium ſignificans, ut cum domitor maris dicitur, & intelligitur Neptunus, huius tropi ſpecies eſt Epitheton.

Epitheton ℂ Epitheton eſt dictio uocabulo adiecta ornandi, aut deſtruendi, aut indicandi cauſa. epitheton, ſicut diuus Vlyſſes. deſtruit, ſicut, ſcelerumq; inuentor Vlyſſes. indicat, ſicut Lariſſeus Achilles. Sumuntur autem aut ab animo, aut a corpore, aut extrinſecus. ab animo, contẽptórq; deum Mezentius a corpore, ut pulcher Iulus. Extrinſecus quæ ſumũtur, in plures ſpecies diuidun tur, deſcendunt enim a genere, loco, actu, euentu. à genere, ut Achilles dicitur Aeacides aut Pelides. a loco, ut Vlyſſes dicitur Ithacus aut Pelaſgus. ab actu, ut Aeneia nutrix Caieta. ab euentu, ut, Inſula diues opum Tenedos. Epitheton ab antonomaſia hoc differt, quod antonomaſia per ſe accidẽs habet, ut cũ Tydides dicitur, & intelligitur Diomedes, epitheton uero habet accidens cum ſuo uocabulo proprio, ut Saturnia Iuno.

ℂ De Synecdoche.

Synecdoche ℂ Synecdoche eſt dictio plus minúſue pronuncians, magis intelligitur, modo, parte, nomine, aut totũ accipitur, a toto pars, ut

ingens à uertice pontus in puppim ferit, non enim pelagus fuiſſe tradit, id quod nauem percuſſerit, ſed partem pelagi, id eſt, fluctus, à parte totum, ut, Haud aliter puppéſque tuæ pubéſq; tuorum, à puppibus enim naues ſignificantur, ut a pube toti homines.

ℂ De Onomatopœia.

ℂ Onomatopœia eſt dictio ad imitandum ſonum uocis confuſe ficta, ut cum dicimus hinnire equos, balare oues, ſtridere ualuas, & cætera his ſimilia. *Onomatopœia*

ℂ De Periphraſi.

ℂ Periphraſis eſt oratio longa cum cultu, fit autẽ aut ut breuitatem ſplendide producat, aut ut fœditatem circuitu deuitet. Splendide producit ſic, Et iam prima nouos ſpargebat lumine terras, Tithoni croceum linquens aurora cubile, potuiſſet enim dicere iam lucebat, aut iam dies ortus erat. Fœditatem circuitu deuitat ſic, Placidumq; petiuit, Coniugis infuſus gremio per membra ſoporem, hoc enim circuitu decenter uitauit obſcœnitatem, oſtendens concubitum. *Periphraſis*

ℂ De Hyperbato.

ℂ Hyperbaton eſt dictio deducta a uerbis non ſuo loco poſitis, ſed hic tropus generalis eſt. Species enim ſunt quatuor, Anaſtrophe, Diacope, Dialipſis, Syncriſis. *Hyperbaton*

ℂ De Anaſtrophe.

ℂ Anaſtrophe eſt duorum uerborum mutatus ordo nullo interpoſito, ut tranſtra per & remos, dicendum enim fuit, per tranſtra & per remos. *Anaſtrophe*

ℂ Diacope eſt dictio compoſita dictionis interpoſitæ extrinſecus uerbo, ut ſeptem ſubiecta trioni, cum ſubiungi debeat ſeptemtrioni. *Diacope*

ℂ Dialipſis eſt cum ordo orationis interpoſitæ ſententia deducitur, ut tum ſocios, nanq; omnis eum ſtipata tegebat turba ducum ſic incipiens hortatur ouantis, cum ſit ordo hic, tum ſocios ſic incipiens hortatur ouantis, nanque omnes eum ſtipata tegebat turba ducum. *Dialipſis* *Parentheſis*

ℂ Syncriſis eſt hyperbaton obſcurũ, ut Iris notus abiectas in ſaxa latentia torquet, ſaxa uocant Itali mediiſq; in fluctibus aras, cuius recta compoſitio eſt talis, tris notus abiectas in ſaxa torquet, quæ ſaxa mediis fluctibus latentia, Itali aras uocant. *Syncriſis*

ℭ De Hyperbole.

Hyperbole ℭ Hyperbole eſt dictio fidem excedẽs augẽdi minuendiue gratia. Augẽdi, ut niue candidior, uelocior Euro. Minuendiue, ut ex tractã puteo ſitulam qui ponit in horto, Vlterius ſtandi nõ habet ipſe locum. Aliis ita placuit diffinire per hyperbolen, in uentre didicit ſapere nimium. Solon, qui lege cauit ut uitia tranſcenderent auctores pœnæ, nulla pœna acerbior excogitari potuit uxoris malis, quod etiam in ſchemate dianœas inuenies de hyperbole.

Allegoria ℭ Allegoria eſt oratio aliud dicens, aliud ſignificans per obſcuram contrario ſimilitudinem, ut apud Virgilium, Et iam tẽpus equum fumantia ſoluere colla, ſignificat enim carmen eſſe finiendum. Huius tropi ſpecies ſunt ſeptem, Ironia, Antiphraſis, Aenigma, Charientiſmos, Parœmia, Sarcaſmos, Aſtyſmos.

Ironia ℭ Ironia eſt oratio pronuntiationis grauitate in contrarium deducens ſenſum uerborum. Virgilius, Me duce Dardanius ſpartam expugnauit adulter. hæc enim ſententia niſi grauiter ꝓnuntietur, non negantis erit ſed confitentis.

Antiphraſis ℭ Antiphraſis eſt dictio ex contrario ſignificans, hæc ab ironia hoc differt, quod ironia adfectuũ mutat ſignificationẽ, antiphraſis uero diuerſitatem rei nominat, ut bellum quod minime ſit bellum, lucus quod in eo minime luceat.

Aenigma ℭ Aenigma eſt oratio aliud palam oſtendens, aliud ſignificans per obſcuram diuerſitatem, ut mater me genuit, eadem mox gignitur ex me, cum ſignificet ex aqua glaciem concreſcere, & glaciem in aquam reſolui.

Charientiſmos. ℭ Charientiſmos eſt dictio per ea quæ grata ſunt, aliud dicens aliud ſignificans, ut cum interrogamus, num quis nos quæſierit, & reſpondetur bona ſalus, unde intelligimus nos neminẽ q̃ſiſſe.

Parœmia ℭ Parœmia eſt uulgaris rei uſurpatio cũ aliqua diuerſitate, ut cocta numerabimus exta, cũ ſignificet, ex euentu ſciemus, & contra ſtimulum calces, id eſt, rei contrariæ reſiſtere.

Sarcaſmos ℭ Sarcaſmos eſt allegoriæ figura deridendi cauſa ficta, ut ritæ Theſprotum pudeat rei, quod ipſe à Tantalo ducat genus. per hæc enim uult intelligi ignobile eſſe Theſprotum.

Aſtyſmos ℭ Aſtyſmos eſt allegoria cum urbanitate, ut, Philippus cum uellet Noritios hoſtes ſuos in poteſtatem redigere, ſcripſit miſſos a ſe milites, quoniam comperiſſet eos ſeditionibus uexari, &

bonorum amicorum eſſe in tali tempore ſubuenire.

¶ De Homœoſi.

¶ Homœoſis eſt imago ignotæ rei per ſimilitudinem eius quæ nota eſt deſcriptio, huius ſpecies ſunt tres, Icon, Parabole, Paradigma. *Homœoſis*

¶ Icon eſt perſonarum earum quæ perſonis accidunt comparatio, ut os humeroſq; deo ſimilis. *Icon*

¶ Parabole eſt rerum adminiſtratarum genere diſſimilium comparatio, ut apud Virgilium, Clamores ſimul horrendos ad ſydera tollit, qualis mugitus fugit cum ſaucius aram taurus. *Parabole*

¶ Paradigma eſt rei præteritæ relatio ad hortationem dehortationémue, ut, Antenor potuit mediis elapſus Achiuis, Illyricos penetrare ſinus. Dehortationem, ut, Non uiderunt mœnia Troiæ, Neptuni fabricata manu confidere in igni. *Paradigma*

DE METAPLASMO.

¶ Metaplaſmus eſt dictio aliter q̃ debuit figurata metri aut decoris cauſa. Huius ſpecies ſunt quatuordecim, hæ, Protheſis, Parentheſis, Proſparalepſis, Aphæreſis, Syncope, Apocope, Ectaſis, Syſtole, Diæreſis, Epiſynaliphe, Sinalephe, Eclipſis, Antitheſis, Metatheſis. *Metaplaſmus*

¶ Protheſis eſt quidam generalis metaplaſmus, quæ fit per adiectionem, ſed ſpecialiter ſic diuiditur, Protheſis eſt cum primę partis dictionis aut litera adiicitur aut ſyllaba, Litera, aut Turnũ ſeruit gnatoq; patriq;. Syllaba, ut concitũ tetuli gradum pro tuli. *Protheſis*

¶ Parentheſis eſt cum inter primam & ultimam ſyllabam aut litera adiicitur aut ſyllaba. Litera, ut hac caſti maneant in religione nepotes, pro religione. Syllaba, ut, mauortis in antro, pro martis, & induperator pro imperator. *Parentheſis* *Mauors pro mars.* *Induperator p Imperator*

¶ Proſparalepſis eſt cum aliquid ad nouiſſimam partem dictionis accedit, ut admittier orant pro admitti. *Proſparalepſis.*

¶ Aphæreſis eſt æque generalis metaplaſmus, qui fit per detractionem, ſed ſpecialiter ſic obſeruatur, prima parte dictionis, ut temnere diuos pro contemnere. *Aphæreſis*

¶ Syncope eſt cum mediæ parti dictionis aliquid ſubducitur, extinxſti te méq;, pro te extinxiſti. *Syncope*

¶ Apocope eſt cum ex ultima parte loquelæ aut litera detra- *Apocope*

hitur aut ſyllaba. Litera, ut, Aſpice num mage ſit noſtrum penetrabile telũ, pro magis. Syllaba, ut tendo ſuam, hoc eſt modum.

Ectaſis ¶ Ectaſis eſt cum correpta uocalis cõtra rationem producitur, ut, Exercet Diana choros, &, uerſa puluis inſcribitur haſta.

Syſtole ¶ Syſtole eſt cum producta ſyllaba cõtra rationem corripitur, ut, Vrbemq; fidenam, cum prima ſyllaba debeat produci.

Diæreſis ¶ Diæreſis eſt cum una ſyllaba in duas diuiditur, ut pictai ueſtes, pro pictæ.

Epiſynalipbe ¶ Epiſynalephe eſt una ſyllaba ex duabus ſyllabis facta, ut Fixerit æripedem ceruam, licet Aëripidem quinque ſyllabis dicere debeamus.

Synalebpe ¶ Synalephe eſt duarum uocalium concurſio alterius eliſio, atque ea diuerſa penitus dum parte geruntur, e litera hinc neceſſe eſt excludi.

Ecthlipſis ¶ Ecthlipſis eſt, cum duabus eictionibus aliqua cõſonantium aut plures quas habet eliduntur, ut, Multum ille, & terris iactatus & alto.

Antitheſis ¶ Antitheſis eſt literæ pro litera immutatio, ut, Impete nunc uaſto ceu concitus imbribus amnis, pro impetu.

Metatheſis ¶ Metatheſis eſt ordo literarũ mutatus, ut, Nã tibi Thymbre caput Euandrius abſtulit enſis. ratione enim Thymber dicitur.

DE SCHEMATE λεξεως.

Schema lexeos. Schema dianœas. ¶ Schemata Lexeos ſunt & Dianœas, ideſt, figuræ uerborũ & ſenſuum, ſed cum ad oratorias uirtutes pertineãt ſchemata dianœas, nos de eo loquemur, quod ſchema lexeos dicitur, cuius definitio eſt talis, Schema lexeos eſt ordo uerborum aliter q̃ debuit figuratus, metri aut decoris cauſa, huius ſpecies ſunt multæ, ſed neceſſario traduntur decem & octo, Prolepſis, Zeugma, Hypozeuſis, Syllepſis, Aſyndeton, Anadiploſis, Anaphora, Epanalepſis, Epizeuxis, Paronomaſia, Scheſis onomaton, Parhomœon, Homœoteleuton, Homœoptoton, Polyptoton, Hyrmos, Polyſyntheton, Dialyton.

Prolepſis ¶ Prolepſis eſt cum ante numerus uerbo redditur q̃ res perſonæ ue rei finiantur, ut, Continuo reges ingenti mole latinus, Quadriiugo uehitur curru, bigis it Turnus in albis, Tum pater Aeneas Romanæ ſtirpis origo, Et iuxta Aſcanius, magnæ

ſpes altera Romæ, Proceduut caſtris.

Zeugma eſt uerbum quod in duplici multipliciue ſententia aptatur, ſed quod omnibus communiter redditur, ut Troiugena interpres diuum qui numina Phœbi, qui tripodas clarii laurus qui ſydera ſentis, uerbũ enim ſentis ſingulis quibuſq; debetur. *Zeugma*

Aliis ita placuit Zeugma definire, nihil hominum te fortuna, nihil commiſereſcit me fingi aduenam, te nihil fraterni nominis ſolenne auxilium & nomen pietatis mouet, plures ſententiæ uno uerbo clauduntur.

Hypozeuxis eſt cum ſingulæ res aut pſonæ uerbis ſuis clauduntur, ut regem adit e r m n q g g, quidue ferat, quidue ipſe petat Mezentius arma, Quæ tibi concilìet, uiolentaq; pectora Turni, Et docet humanis quæ ſit fiducia rebus, Admonet admiſcétque preces, haud ſit mora Tarchon, Iungit opes fœdúſque ferit. *Hypozeuxis*

Syllepſis eſt cum ſingularis dictio plurali uerbo concluditur, ut, Sunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles & preſſi copia lactis. *Syllepſis*

Aſyndeton eſt cum pluralis dictio ſingulari uerbo concluditur, ut, Hic illius arma, hic currus fuit, debuit enim dicere, hic illius arma fuerunt. *Aſyndeton*

Anadiploſis eſt cum eadem dictio in principio ſequentis ponitur, ut, Sequitur pulcherrimus Aſtor, Aſtor equo fidens & uerſicoloribus armis. *Anadiploſis*

Anaphora eſt cum eadem dictio in principio uerſus & clauſula ponitur, ut Nate tuæ uires, mea magna potẽtia ſolus, Nate patris s q t n temnis. *Anaphora*

Epanalepſis eſt cũ eadem dictio in principio uerſus & in clauſula ponitur, ut pater inquam me lumine orbauit pater. *Epanalepſis*

Epizeuſis eſt repetitio dictionis eiuſdem, cum impetu pronuntiationis, ut, me me adſum qui feci, in me conuertite ferrũ, o Rutuli, me fraus omnis. *Epizeuxis*

Paronomaſia eſt cum dictio iteratur, mutata tamen aut litera aut ſyllaba, ut apud Ciceronẽ, Qui fuit locus religioſiſſimus, nunc erit locus deſertiſſimus, & cuſtodire ſacrum non honoris, ſed oneris eſſe exiſtimabitur. *Paronomaſia*

Schesis onomaton eſt cũ iuxta plures antonomaſiæ ponũtur, ut Marſa manus, Peligna cohors, feſtina uirum uis. *Scheſis onomaton.*

Paromœon ¶ Paromœon eſt cum uerba omnia ſimiliter incipiunt, ut O Tite tute tati tibi tanta tyranne tuliſti.

Homœoteleuton. ¶ Homœoteleuton oratio pari uerborum exitu finita, ut hos reduci q̃ relinqui, deniq; deſeri malui.

Homœoptoton. ¶ Homœoptoton eſt oratio excurrens in eoſdem caſus ſimiles, ut mœrentes, flentes, lachrymantes, ac miſerantes.

Polyptoton ¶ Polyptoton eſt oratio ꝑ plures uariata caſus, ut littora littoribus contraria fluctibus undas, Imprecor arma armis, pugnent ipſiq; nepotesq;.

Hirmos ¶ Hirmos eſt oratio unius tenorem caſus ad clauſulam uſque cuſtodiens, ut principio cœlum ac terras c q; p l q; g l t q; a s i alit.

Polyſyntheton ¶ Polyſyntheton eſt pluribus coniunctionibus nexa oratio, ut Athamaſq;, Thoaſq;, Pelideſq;, Neoptolemus, primuſq; Machaon, & Menelaus, & ipſe doli fabricator Epeus, & aliubi, fruqeſq; receptas, & torrere parant flammis & frangere ſaxo, plures coniunctiones contexunt ſententias.

Dialyton ¶ Dialyton eſt ſiue dialyſis oratio nulla coniunctione interpoſita, ut alii naualibus ite, ferte citi f d t i r, & aliubi naufragia labes generis ignorat ſenex, Sententiæ hic plures ſine coniunctione finiuntur.

DE SCHEMATE DIANOEAS

Schema Dianœas ¶ Schema dianœas a ſchemate lexeos hoc diſtat, quod alterum in uerborum ornamentis conſiſtit, alterum in contemplatione animi ſenſuſq; uerſatur. De Schemate ergo dianœas ut uiam paucis oſtendã, quã ſi quis otioſior fuerit, etiã reliqua quę quaſi remotiora uidebuntur perſequi poterit. Fit igitur ſchema dianœas per has ſpecies quindecim.

Per dialogiſmon ¶ Per dialogiſmon, ut apud Terentium, Quid igitur faciam, non eam ne nunc quidem cum acceſſor ultro, an potius ita me comparem perpeti meretricum contumelias, hic perſona introducta quærit apud ſe, quæ nam potius utilitati ſuæ pars eligenda ſit.

Per micteriſmon ¶ Per micteriſmon, ideſt deriſum quoddam, tanq̃, uidi te Vlyſſes ſaxo ſternentem Hectora uidi tegentem clipeo claſſem doricam, ego tunc pudẽdam trepidus pedibus hortabar fugam. Hæc omnia

omnia deriſu quodam dicta ſunt a fortiore ad non fortem.

¶ Per paralipſim, in quo cum nolumus negãtes aliquid indicare, tanq̃ non commemoro, quod latroni ſtatui oppreſſi, & domus iſta uirorum & ſegetis armata manus. *Paralipſis*

¶ Per Aetiologiam, ut ſi quis me uideat dicat nimirum hic eſt ille talis, uir tantis opibus præpotens, ubi nunc ſecundis rebus adiutrix. *Aetiologia*

¶ Per proſopopœiam, cũ loquentes finguntur qui nulli ſunt, tãquam ſi nunc redire poſſet ad ſuperos pater qui te tu tamen fores parare familiæ domuique. incolumen nonne potes ſic diceret, cur te dedecores, familiam cum maculas tuam, cur rem dilapides, quam miſer extruxit labor. Philoſophi antiqui uſum dixerunt tropen quam catachreſim nominauere, cui opinioni plærique grammatici antiqui conſenſerunt. Omnis enim tropus quid eſt niſi alienæ rei abuſio. *Proſopopœia* *Tropus quid.*

¶ Per apologiſmon ſiue ultro dando, cum alio quid aduerſario non ultro damus, quo uti eum ſcimus non poſſe, tanquam tutare amici cauſam, patris ſuſcipere, obiicitur crimen capitis, purga fortiter, in amici cauſa potior eſt, immo certe potior eſt. *Apologiſmos*

¶ Per hyperbolen, hoc eſt in uentre ſapere, didicit nimirum Solon qui lege cauit, ut uitia tranſcenderent auctoris pœnæ, nulla pœna acerbior excogitari potuit uxoris malis. *Hyperbole.* *Vxoris mala omni pœna grauiora.*

¶ Per confeſſionem tanquam ſuum crimen confitentis, cum oratio increpans alterum prodit, Tunc credo cũ me arbuſta uidere Myconis, Atque mala uites incidere falce nouellas. *Confeſſio*

¶ Per commutationem, prorſus æquina eſt pectore, Daue me pœnæ oppone, hic non ut cœpit ſententiam finit, nam aiebat Daue, deinde ſubiecit, mecum ipſe ſit Dauus. *Commutatio*

¶ Negando, cum quid negantes uolumus inducere, atque improperantes beneficio quæ audiens cognoſcat, non memoro quod draconis ſæui ſopiuit impetum, non quod domauit uiros & ſegetes armatæ manus.

¶ De tranſitu ſiue tranſmutatione perſonarum, cum a noſtra ad alteram tranſimus, & per illam transfigurantes quod uolumus retinemus, ut Theſprote ſi quis ſanguine exortam tuo prolem inter aras ſacrare ſacram immolet, quid meritus hic ſit dubium, an cuique fiat, hic a perſona in aliam perſo-

nam tranſitus, ut argutans per illam oſtenderet, quid uellet in-crepare.

Apocriſis ❡ Per apocriſin, ergo ne illam pudor eſt eloqui, quam compe ri relinqui non potuit, non perpetiar, non etiam quiddam ſu-ſpitionis ſilentio colligunt.

Aporia ❡ Per aporian, Luna deum quæ ſola uides periuria uulgi, ſeu Cretea magis ſeu tu Dictynna uocaris, hic deſcende. Certe rei du bitatio eſt.

Epitrope ❡ Per epitropen, ſiue ita uirtus ſiue ita patrocinium horren-dum miſeranda ſiue eſt calamitas inſonti quod extuliſti ſau cios Patrio lare. de nomine diſceptatio eſt, cum res ſit palam. hic aduerſariis permittimus, quo uelint pacto nomen imponere, ut de eo potius quàm de re ipſa dubitare uideamur.

Antimetabole ❡ Per antimetabolen, homo ornat locum, non hominem lo-cus, uerbum ante dictum aut eodem modo, aut permutatum, æque poſt eum referetur.

❡ Libri Quarti Finis.

FL. SOSIPATRI CHARISII INSTITVT. GRAM. LIBER QVINTVS.

LECTORIBVS S.

ST hic liber poſtremus ἀκέφαλος *eſt, deſunt enim ea quæ Chariſius de lectione, ſcriptione, rhythmis atque metris ſcripta reliquerat. Sed & circa finem deſyderantur capita quædam, nempe de differentijs & Gloſſemata nonnulla* κατὰ ςοιχοῖον *poſtremo Ciceronis Synonyma, quæ Chariſius uice corollarij ſuo operi adiecerat. Cæterum an ea fuerint Synonyma quæ, Ciceronis nomine ad L. Veturium ſcripta circumferuntur, difficilis eſt ſane coniectura. Verumenimuero ſi huiuſcemodi a Cicerone literis mandata fuere, uteriſimile eſt, non integra ſed præpoſtera alicuius tenebrionis diligentia contruncata ad nos perueniſſe. hoc tamen unū nobis conſtat, ea quæ typis excuſa ſunt, mutilata eſſe, in quibus multa non ſuis locis poſita ſunt, plæraq; etiam immutata. Contulimus enim ea cum uetuſto Synonymorum codice, quem nobis Andreas Coſſa Patricius Neapolitanus humanus iuxta & eruditus in utraq; lingua, communicauit. Tu interim, candide lector, hanc noſtram diligentiam boni conſule, dum meliora dare poſſimus. Vale.*

DE IDIOMATIBVS.

IDIOMATA QVAE SVNT in ſermone noſtro innumerabilia quidem debent eſſe. Ea enim ſunt omnia quæ pro noſtro more efferimus tantum ſecuti græcos, Sed ut breuiter dicamus, aut ex generibus nominum fiunt, quæ contra morem græcorū nos habemus, nam cum dicimus hic honor, 'ἡ τιμὴ' fit, apud *Idiomata quæ*

nos maſculini, apud illos fœminini generis. Aut ex uerborum ſignificationibus contrariis, ut luctor παλαίω, hoc enim uerbum apud nos paſſiue effertur, apud græcos actiue, ſic etiam & per cæteras partes orationis idiomatum diſſonantia multiplex reperitur. Scire hæc & meminiſſe debemus, primum quod participium per ſe fieri non poteſt, ſed ex uerbo deniq; omne participium eundem caſum trahit, quem etiam uerbum ex quo naſcitur. ut cum dicimus per accuſatiuum, ſequor dominum, ſic & participia huius uerbi per eundem caſum efferuntur, ſequens dominum, ſecuturus dominum, ſecutus dominum. Sed nomina participialia quæ fiunt ex participiis inſtantis temporis genitiuum caſum recipiunt, ſemper enim participium inſtantis temporis etiam nomina fiunt appellatiua, ut amans, ſeruans, metuens, fidens, egens, ſciens, horrens, negligens participia ſunt, ut ſupra diximus. caſus recipiunt ſuorum uerborum, ut amo uxorem, amans uxorem, ſeruo domum, ſeruans domum, metuo patrem, metuens patrem. Nomina uero participialia quæ non fiunt ex participio inſtantis temporis genitiuum admittunt, ut amans amicorum, ſeruans equi, metuens pericli, metuens deorum, fidens animi, egens peccuniarum, ſciens locorum. Pauca hæc nimis caſum non recipiunt, ut horrens & talia, prout ſententia poſcit caſum recipiunt, ut negligens ſum hac re. Ex præterito item participia nomina fiunt appellatiua, quæ aut ſecundæ ſunt declinationis, aut quartæ. Secundæ, ut præfectus, exercitatus, lætus, apertus, iuſſus. Quartæ uero, ut exercitus, uiſus. Sed hæc nomina quæ ex præterito tempore participia fiunt, non habent caſus niſi ſecundæ declinationis, pauca ex quinta, quædam genitiuum recipiunt, ut uictus animi, expertus belli, expertus enim bellum per accuſatiuum fit participium. uerbum enim huius participii accuſatiuum recipit, ut experior bellum, item præfectus prætorii, præfectus cohortis, præfectus urbis, præfectus fabrorum, præfectus autem prætorio per datiuum fit participium; ſic & præfectus cohorti, urbi, fabris. uerbum enim huius participii datiuum recipit, ut præficio te prætorio, illum cohortibus. Aliis etiam ita de idiomatibus placuit definire, cum ab omni ſermone græco latina lingua pendere uideatur, quædam inueniuntur à licentia ab

antiquis, ut proprietate linguæ latinæ dicta præter conſuetudinem græcorum, quæ idiomata appellantur. agnoſcuntur hæc ex caſibus, nam inuenimus quæ græci per genitiuum caſum dicunt hæc per datiuum uſurpata, ut parco tibi, & quæ græci per datiuum, hæc a Romanis per genitiuum prolata, ut pudet me amoris. Item cæteros caſus alios pro aliis dictos inuenimus. Sunt præterea figuræ quæ conſuetudine quidem per alium caſum proferuntur ab antiquis hæc diuerſæ, ut utor hac re nos dicimus, apud ueteres autem & utor hanc rem dictum eſt, hæc igitur idiomata multifariam efferuntur, per uerba, per appellatiua, per præpoſitionem, per aduerbia. Et quidem per uerba ſic, oro te, parco tibi. Item per participium, adiuuans illum fecit. Item per appellatiua, dignus ſum hac re. Item per præpoſitionem, ſupra te, infra te. Item per aduerbia, proxime ciuitatem, digne illo. Omnia hæc participia figuram uerborum ſuorum ſequuntur, ut enim dicimus, curo te, & adiuuo te, ſic & curans illum, & adiuuans illum dicitur. Quæ autem pro appellationibus uſurpantur, hæc genitiuum caſum admittunt, ut amans filii eſt, egens pecuniarum eſt. Item omnes appellationes, quæ in or terminantur propagatæ uerbi, eundem genitiuum caſum admittunt, ut cupitor ſum huius rei. Cæteræ autem appellationes, quæ cum figura dicuntur, hæc genitiuum tantummodo aut ablatiuum recipiunt, quarum plæreque utroſque caſus admittunt, ut ignarus ſum huius rei, & incertus ſum, & ſi quod tale inuenitur. Per ablatiuum autem dignus ſum hac re, & ſi quod aliud ſimile. Item per utroſque caſus diuerſum huius rei & hac re, uenit mihi in mentem huius rei, & uenit mihi in mentem hæc res dicitur, & ſi qua ſimilia.

Idiomata p quas partes orationis efferantur.

IDIOMATA GENITIVI CASVS.

¶ Patiens ſum laboris.
Venit mihi in mētē huius rei
Tædet me huius hominis.
Miſeret me tui.
Miſereor tui.
Doleo uicem tui & uicē tuam.
Piget me huius rei.
Similis ſum tui.
Pudet me amoris.
Sitio uini
Eſurio panis
Pœnitet me muneris.
Amans mei eſt.
Veri ſimile.
Iniuriæ me pertæſum eſt.
Diſcrucior animi.
Intereſt illius.
Horum prima & ſecunda ſic efferuntur.
Intereſt mea, intereſt tua.
Item refert mea, refert tua.
Et pluraliter refert noſtra, ueſtra, illorum.
Pœnitet huius conſilii.
Piget me profectionis.
Tædet me mulierum.
Memini præceptoris.
Reminiſcor patris.
Auidus uini.
Diligens matris.
Faſtidioſus amicorum.
Curioſus ſtudiorum.
Metuens deorum.
Timens numinis.
Scius artis.
Neſcius literarum.
Capax ſtudiorum.
Expertus rei.

IDIOMATA
Datiui caſus.

¶ Succedo tibi.
Inſidior tibi.
Adimo tibi.
Demo tibi.
Præſideo huic urbi.
Vitium tibi duco.
Obiicio tibi.
Impropero tibi.
Exprobro tibi.
Antepono tibi illum.
Maledico tibi.
Abripio tibi.
Præpono te illi.
Antepono muneri amicitiam.
Parco peccanti.
Noceo tibi.
Incommodo tibi.
Officio tibi.
Obſum tibi.
Alienus ſum tibi.
Timeo tibi.
Aufero tibi.
Perſuadeo tibi.
Auſculto tibi & auſcultor.
Proſum tibi.
Detraho tibi.
Medeor tibi.
Repreſento tibi.

Rependo tibi.
Conuitior tibi.
Blandior tibi.
Adulor tibi.
Proſpicio tibi.
Prouideo tibi.
Conſulo tibi.
Præſideo tibi.
Imprecor meis.
Præeo tibi.
Cordi mihi eſt amicus.
Excidit mihi.
Obſtrepo illi.
Liquet mihi.
Curæ mihi es.
Vacat mihi.
Moderor illi.
Derogo tibi.
Tempero tibi.
Pręſum' pͧuincię.
Supplico tibi.
Studeo huic rei.
Obrepo illi.
Munera tibi do.
Bona mihi hæc res.
Teſtimonio eſt mihi.
Succurrit mihi.
Abſtineo illi.
Pignori do.
Sic filiæ doti do.
Euello tibi.
Lito deis.
Subtraho tibi capulum.
Criſſat illi.
Non palpor equo.
Vitio rem hanc tibi do.
Oneri tibi ſum.
Eripio flammæ.
Commodo hoſpiti.
Benefico cognato.
Patrocinor patriæ.
Eximo mulieri ornatum.
Præfero patri præceptorem.
Calcem illi duco.
Vitium deſidioſo uerto.
Præſideo Ciliciæ.
Benedico beneficio.
Præficio militibus.
Præcurro prætori.
Superſedeo diſcipulo.
Antecellor æmulo.
Commodat mihi has res.
Dono tibi do.
Doti genero do.
Conſilio tibi ſum.
Nocetur mihi.
Peculor tibi.
Obſum amico tuo.
Eruo tibi oculos.
Heres tibi ſum.
Inuidiæ mihi es.
Proſpicio tibi.
Teſtimonium tibi dico.
Ancillor magiſtro.
Adſentior domino.
Libet mihi.
Geniculo parenti.
Genua tibi aduoluor.
Ornata mihi es.
Adiumento tibi ſum.
Argumentum nobis fuit.
Aemula merita mihi fuit
Gaudio mihi fuit.
Damno mihi fuit,
Fraudi mihi fuit.
Noli mihi præire.

Deſtino mihi.
Euito huic rei.
Indignatur mihi.
Obtrectat duci.
Derogo legi.
Voluptati mihi fuit.
Præcurro illi.
Aemulor tibi.
Mentior tibi.
Præſto omnibus.
Dolor mihi fuit.
Honor mihi fuit hæc res.

IDIOMATA
Accuſatiui caſus

Ordior hanc rem.
Incipio ſtudium.
Inuado hominem.
Execro illum.
Interpello iudicem.
Tango aurem.
Adiuuo oratorem
Commeio lectũ & meio.
Meiere lectum.
Moneo puerum.
Peto domum.
Impetro conſulatum.
Increpo peccantem.
Conuenio amicum.
Conſulo præceptorem.
Negligo diuitias.
Sequor exercitum.
Oleo unguentum.
Contemno pecunias.
Recordor ſpeciem.
Impedio legentem.
Decet me dignitas.

Derideo ſtultum.
Derideo adſeclam.
Offendo iudicem.
Alloquor filium.
Cupio honorem.
Calumnior te.
Vſurpo hanc rem.
Sentio beneficium.
Adipiſcor laudem.
Experior periculum.
Adorior hominem.
Agredior petitionem.
Ingredior hanc rem.
Adgredior montem.
Audio oratorem.
Excuſo te.
Memini hanc rem.
Curo ſcholam.
Intueor imaginem.
Obliuiſcor hanc rem.
Adpeto laudem
Non amplius unam noctem.
Conſequor lucrum.
Iuuat me.
Reminiſcor factum.
Adeo Conſulem.
Concedo tibi munus.
Inuideo ei pulchritudinem.
Admoneo eam hanc rem.
Iubeo illum.
Præpono honorem.
Deſpicio prætextam.
Repræhendo te.
Impetum in te facio.
Præcor deos & a diis.
Accedo ad te.
Corripio te.
Inquieto illum.

Pœnitet me.
Refero ad patrem.
Mereor beneficium & mereo
Nanciſcor occaſionem.
Conor hanc rem.
Inchoo hanc rem.
Inſimulor.
Animaduerto te.
Animaduerto in te.
Vindico te, te defendo.
Vindico in te.
Criminor te.
Interrogo magiſtrum.
In gratiam tecum redeo.

IDIOMATA
Ablatiui caſus

Dignus ſum laude.
Vaco militia.
Fruor diuitiis.
Satior cibo.
Cædo tibi gloria.
Dignor te munere.
Vtor diuitiis.
Abutor ſeruo.
Libero te dolore.
Liberor moleſtia.
Careo honore.
Quæror tibi de illo.
Coeo cum muliere.
Glorior dignitate.
Plenus ſum bonis.
Dono te hac re.
Fungor honore.
Afficior dolore.
Congredior cum illo.
Abſtineo me cibo.
Sub illo milito.
Deſiſto ab hac re.
Communico cum illo.
Potior munere.
Tempero me uino.
Afficio te gaudio.
Fraudo te militia.
Egeo uictu & indigeo.
Lucror tecum.
Abdico me prætura.
Longior illo ſum.
Concũbo cum muliere.
Fraudo pecunia.
Pro mea mediocritate.
Impleo te uino.
Fretus ſum oratore.
Dominor homine.
Onero te oratione.
Antepono fide mea.
Precor à diis & deos.
Iungor tecum amicitia.
Gaudeo gloria.
Auello a te ueſtem.
Impertior te hac re.
Ardeo flamma.
Flagro amore.
Accendo te hortatione.
Incenſus amore.
Laboro oratione.
Laboro propoſito.
Deficio hac re.
Lætor uictoria.
Nitor pudicitia.
Induo te armis.
Induor ueſte.
Fraudor honore.
Poſtulor à iudice.
Priuo te hac re.

Imbuor hac re.
Diuellor a te.
Egredior domo.
Exepto munere,
Alienus ſum a crimine.
Pugno cum homine.
Loquor cum oratore.
Conuenit mihi tecum.
Venio tecum.
Pignor amicum hoſpitio.
Satio populum tritico.
Saturo exercitum commeatu.
Onero ſeruum lignis.
In gratiam tecum redeo.
Abdico filium domo.
Abſtineo pulpamento.
Deſiſto tua conſuetudine.
Accendo amicum pulchritudi ne mea.
Vro amicum ſuperbia mea.
Laboro ſpe mea.
Imbuo malum malis.
Digredior monte.
Contentus ſum uno nummo.
Orbo uxorem dote.
Sermocinor tecum.
Interdico ignominioſo foro.
Excidi patrimonio.
Confligo tecum.
Caueo mihi a te.
Glorior te.

GENITIVI ET Datiui Caſus.

¶ Similis ſum tui & tibi mo ribus.
Auello ſenis & ſeni canos.
Auello iuuenis & iuueni barbã
Frango ſerui & ſeruo caput.
Rũpo periuri & piuro caput.
Eruo mẽdacis & mẽdaci oculos
Vicinus ſum illius & illi.
Fidelis ſum amici & amico.
Et cætera ſi qua ſunt ſimilia.

GENITIVI ET AC cuſatiui Caſus.

¶ Doleo uicem tui & tuam.
Diſcrutior animi & animum.
Memini honoris & honorem.
Admoneo illum cædis & cędẽ.
Obliuiſcor amicitię & amicitiã

GENITIVI ET AB latiui caſus.

Expers eſt cauſæ & cauſa, quæro cauſam.
Expers ſum fundi & fundo, non habeo fundum.
Plenus cibi & cibo.
Impleo ſacculum argenti & argento.
Egeo uictus & uictu & indigeo.
Potior fructus & fructu.
Maximi nominis ſum & ma ximo nomine, ideſt, nobi liſſimus ſum.

DATIVI ET AC cuſatiui caſus.

¶ Adſedeo prætori & præ torem.

Adulor præceptori & præceptorem.
Accedo tibi & te, eadem tecum ſentio.
Quid tibi & quid te futurũ eſt
Obtrecto mulieri & mulierẽ.
Inludo uano & uanum.
Præſto inopi & inopem.
Medeor amanti & amantem.
Proſpicio tibi & te.
Prouideo tibi & te.
Decet mihi & me penula.
Timeo tibi ſortem ne eueniat tibi & timeo te.
Studeo græcas literas & græcis.
Incanto tibi & te.
Conduco tibi & te.
Tempero tibi & te.
Faueo tibi & faueo te.

DATIVI ET ABlatiui caſus.

¶ Detraho tibi & te.
Vaco militiæ illius & militia, ideſt non milito.
Loquor tibi & tecum.
Contendo tibi.
Certo tibi & tecum.
Opto dijs & a dijs.

ACCVSATIVI ET Ablatiui caſus.

¶ Vtor pane & panem.
Abutor miſeris & miſeros.
Fungor officio & officium.
Dominor i ciuitate & ciuitatẽ.
Communicor tecum menſa & menſam.
Annitor hac re & hanc rem.
Olet unguento & unguẽtum & redoleo.
Inuideo condiſcipulo libris & & librum.
Precor Iouem & a Ioue.
Cedo mulieri palmã & palma.
Imbulo puerum rubrica & rubricam.
Caueo me & caueo mihi abs te.
Clanculũ fecit patrẽ & patre.
Deprecor inimicũ & inimico.
Puteo ſtercus & ſtercore.

¶ Item ſunt idiomata nomina quæ per genera efferuntur diuerſa, ideſt, apud græcos alterius ſunt generis, & alterius apud latinos, quæ ſunt ſatis pauca, & per alphabeti ordinem digeſta, quæ nos quaſi nõ neceſſaria nam prætermiſiſſe lector agnoſcet, ſed in alio loco quo digeſta ſunt ordine a nobis tranſcripta repetio.

¶ Quinti & ultimi Libri Finis.

IMPRESSVM EST HOC CHARISII
DE GRAMMATICA OPVS NEAPOLI
APVD IOANNEM SVLSBACCHIVM
HAGENOVENSEM GERMANVM,
ANNO AB ORBE REDEMPTO,
M. D. XXXII. XI. KALEND. FEBR.
REGNANTE AVGVSTISSIMO
CAESARE KAROLO
EIVS NOMINIS
QVINTO.

CVM PRIVILEGIIS CAESARIS
ET PONT. MAX.

Index

INDEX RERVM

ET VERBORVM COPIOSISS. PER ORDINEM ALPHABETI.

Aeneas aneæ 3
Ariſtoteles is ibidem.
Anchiſes ibid.
Auguſtus ibid.
arborum nomina 4
Achillei & Achillis ibid.
Antipater ibidem
ager ibidem
a terminata neutra 5
al terminata ibidem
animal & animale ibidem
an exeuntia nomina græca ſunt ibidem
as finita maſculina 6
ax terminata ibidem
arbos 7
allex piſcis qui ibidem
argutiæ 8
arguto argutas ibidem
aræ pro penatibus ibidem
alpes quæ ibidem
ædes & ædis ibidem
autumnus & autumnum ibid.
acetum quid 9
Abellæ ibidem
Argi ibidem
anguis, anguilla ibidem
abdomen quid 10
almities quid ibidem
ambages quæ ibidem.
Ariſtides dis & dæ ibidem
ars quid 11
arx quid ibidem
Aeolis 12
auctor duum generum ibidem
ambitus, adfectus ibidem
artus numero tantum plurali ibidem.
analogia quid 15
auctoritas opinione tãtum oratorum recepta eſt ibidem
arma ibidem
Annæus Florus ad Hadrianũ Cæſarem 16
ablatiuus in e quando producitur ibidem
anuis pro anus ibidem
amphorum & amphorarum quando dicendum 17
auium nomina cuius generis ibidem
animal an le 10.19
Antij nomen ibidem
Anio anienis ibidem
Argus Iunonis cuſtos ibidem
apollo linis ibidem
ambo 20.19
Antipho 20
Aemilius ibidem
ambo, uterq; ĩ quo differũt ib.
as aſſis 21
Agrippa pæ ibidem
Attes & Atta ibidem
Alcibiades ibidem
Achilleus, Aithales ibidem
allium & non alleum 22
Aemilius æmily, Iulius Iulij in uocatiuo ibidem
Aſparagi ibidem
aſſidue 23
æditimus 24
æditus, aſſarius ibid.
as non aſsis ibidem
ampliter 25
aluus ibidem
ancilia quando luſtrabantur ibidem
acer an acris 26
aper apri ibidem
aprugnum uiſcus ibidem
Aurelius grãmaticus ibidem
Alexandrus ibid.
Aelius Stilo Varronis magiſter ibidem
ager ibid.
agger 26.27
Alexis 28
anguis dubij generis ibidem
Androgeos geo 29
Androgeus gei ibidem
arma ibidem
æra 30
adfatim, adincitias ibidem
Agrippinianæ ibidem
adipatus ibidem
Aqua religioſa ad purifican-

dum uti 30
aries ibid.
alica 31
acceptor ibid.
accipiter ibid.
Arabs & arabus 32
antiſtes ibid.
antiſtita ibid.
Albani ibid.
Albanenſes ibid.
aluearia 34
aluearium ibid.
alacria & equeſtria 36
aduerbia quæ ex appellationibus ueniũt ut obſeruãtur 37
adprime 38
aperte 37
analogia quid ibid.
Ariſtophanes grãmaticus ibi.
analogiæ quinq; rationes ibid.
aeris ibid.
arcius in genitiuo ibid.
Allecto ibid.
Argonauis ibid.
amicities ibid.
autumnal & autumnale 39
aquale quid ibid.
aquarius ibid.
ador ibidem
Acron ibidem.
aſtifer an æſtiferus ibid.
ancipes pro anceps 28. 39
ædile non ædili 39
aui ibidem
agile & agili ibidem
Aenea ibidem
agreſte ibidem
aeribus ibidem
Auguſtas Kalendas ibid.
aera 40
aërem dixerunt ueteres ibid.
auxiliare ibidem
amantum & amantium ibid.
apluſtre ibidem
architecton ibidem
algu ibidem
aut & eue ibidem
amni uel amne ibidem
Arabs & arabus ibid.
Annæus Cornutus 41
artifice & artifici 42
atroce & atroci ibid.
adoleſcere 43
Aemilius Macer 44
Actium promont. ibid.
Aſper in Saluſtium 46
Annæus Florus ibidem
ancipes 48
Aſiæ uectigalia 49
agnomen quid 51
appellatiua nomina quæ 52
adiectiua nomina quæ 53
acies ibid.
alius pronomen genitiuum nõ habet 55
alis pro alius ibid.
agens uerbum 57
actiuum uerbum quid ibid.
amplificat 58
ardeo ibidem
actiuum uerbum quid ibid.
adeo, abeo 62
audibam pro audiebam 64
audieram pro audiueram ibid.
actiua ibid.
animatus participium 65
aduerbium quid 65
aduerbiorũ ſignificationes ibi.
aduerbia nõ fiunt a nominibus latinis in a terminatis 66
aduerbiorum formæ per canones 66
anſeratim ibid.
acriter ibid.
alacriter ibid.
antiquitus, antique 67
aduerbia a participijs ibid.
aduerbia localia quot & q̃ 68
aduerbiorum ſpecies & ſignificationes ibid.
aduerbia qualitatis ibid.
aliquot aduerbium ne ſit, an nomen an pronomen 69
aduerbia loci illoc, iſtoc 70
aduerbium uerborum acceſſu fit multi luminis ibid.
actutum 71
abhinc lx. annis & annos 72
ampliari iudiciũ, differri ibid.
ampliter ibid.
ample ibid.
artificioſe ibid.
amuſſis quid 73
æcum pro æquum ibid.
Acron in Terentium ibid.
ædepol iuratio fœminarũ 75
angulus gallicus 76
Acontizomenos fabula 77
alterum tantum ibidem
alteras pro alias 78
Aſper Saluſtij interpres 79
Albius 81
anaſtrophe ibid.
anacoluthon quid 83
ad pro autem ibidem
aurium iudicio quantum tribuebant antiqui ibid.

aſyntheton quid 83
atq; pro et ibid.
aſt uariam uim contulit uocibus ibid.
ahaha 87
attate interiectio ibid.
at tat tat at at tatæ ibid.
Apuleius Platonicus de prouerbiis 88
au ibid.
Atilius ibid.
audendum 90
albeſco albeo 91
ægreſcit ibid.
actiua uerba quæ 92
Albanus grammaticus ibid.
arceſſere eſt accuſare 93
accerſere eſt uocare ibid.
abſens 94
acyrologia quid 98
argonauts a celeritate dicta 99
auriga pro gubernatore ibid.
antonomaſia ibid.
anaſtrophe 100
allegoria ibid.
antiphraſis ibid.
ænigma, aſtyſmos ibid.
aphæreſis 101
apocope ibid.
antitheſis ibid.
aſyndeton 102
anadiploſis ibid.
anaphora ibid.
amphibologia 99
apologiſmos 103
apocriſis ibid.
aporia ibid.
antimatabole ibid.

B

Barba quid 7
blanditiæ 8
bigæ ibid.
battulia quæ ibid.
bona quæ ibid.
bini terniq; loculi ibid.
Brixiæ ciuitas 9
beta ibid.
bitumen 10
bidentale & bidental ibid.
buſtar quid ibid.
Belides 21
bouus 24
balteus & balteum ibid.
breuis, puſillus in quo differunt 28
botulus 30
barba barbæ ibid.
balneum & balineum 31
bouile 33
bonæ fruges ibid.
biber 40
Bæbius 47
bipartita forma caſualis 51
breui pro breuiter 52
bene & male cur corripiuntur 73. 75
babæ 87
bat ibid.
Bromius 88
Bacchus ibid.
barbariſmus quid 96

C

Cinerarius 32
crinis flauus a matronis affectabatur ibidem
cilones, chilones ibid.
caput ibid.
capras atras lacte album habere ibid.
capparis 33
caſſis & caſſida ibid.
capo & capus ibid.
coloriæ ibid.
caſtellum quid 34
comparatiuorum & ſuperlatiuorum conſtructio 37
comparatiuis ab aduerbiis ibi.
C. Iulius Romanus grammaticus 38
citiremis ibid.
Claudius Pulcher ædilis 39
canali 40
Cinnæ propempticon ibid.
Cecropis urbs ibid.
Cadmus Tyrianus 40
Creta inſula 41
contubernale ibid.
cereale ibid.
conſulari non conſulare ibid.
celere & celeri ibid.
candenti ferro ibid.
ciuitatium pro ciuitatum ibid.
canes pro canis ibid.
cõſuetudini & aurium ſuauitati ſumma tribuẽda eſt 40
complura an compluria 41
cetaria cetaribus ibid.
clauim ibid.
Callicles pictor ibid.
caro nis 44
Cinnæ propempticum ibid.
Corcura inſula ibid.
caro caronis 48

calamiſtrum 25
collactaneus non collacteus ibi.
celerrimus & non celeriſſimus ibidem
catlaſter 27
campeſter ibidem
coniux iugis ibidem
cuſpis dis 28
cinis neris ibidem
canis ibidem
cuſtos 29
calx quid ibidem
caſtra ibidem
cancelli ibidem
cattis 30
catulus ibidem
cliens 32
clunis ibidem
cinis ibidem

D

Diphthongus quæ 2
dictio quid ibid.
diogenes is 3
deabus 3
duumuir 5
dies 7
defrutum quid 9
diadema 11
diploma ibidem
dardanis 12
deceſſio ibidem
datiuus in u 13
Danae es 19
domi nomen ibid.
debilia nomina quæ nunc appellant defectiua ibid.
demipho 20
duo & tres ibid.
Diomedes 21
Dioſcorides dis ibidem
dolium & non doleum 22
delirus delerus & unde 24
duriter 25
Dædalus inuenit glutinũ 27
dapes 30
deriuationis inæqualitas ibid.
duis 32
degulare 33
dies 35
dies, ideſt tempus in fœminino genere ibid.
delum & non delon 39
diligente non diligenti 41
duos & duo in accuſatiuo ibi.
dracontem pro draconem ibi.
domi ſuæ non eſt aduerbiũ ibi.
duum pro duorum ibid.
dapſile dapſili 42
decemuirali ibid.
duumuirali ibid.
duplici toga inuolutus ibid.
Didun pro dido ibid.
Dædalus iuẽtor glutinis 43
deſes ibid.
december 44
definitio quid 51
diminutiuorum nominum formæ 52
deponens uerbum quid 59
difficulter 67
diuiniter an diuinitus ibid.
diurne ibid.
decuriatim 68
dicendi dicendo aduerbia qualitatis an uſurpatiua ibid.
dextrorſũ & dextrorſus 69
dimiſſui aduerbium 69
decori aduerbium ibid.
dedita opera aduerbiũ eſt 72
donicum pro donec ibid.
defricate ideſt terſe 73
decolorem ſine colore ibidem
dapſiliter ibid.
dis pro ualde ibid.
D. Hadriani ſermones 76
dum 82
donec ibid.
dumeſcit 91
dictitare 92
datare ibidem
diacope 100
dialypſis ibidem
diæreſis 201
dialyton 102

E

Ennius 3
Eunus ois 4
Euplus ois ibid.
Euander & euandrus ibidem
e terminata 6
el neutralia ibid.
en terminata ibid.
ens finita ibid.
es producta ibid.
elementa ſemp ſingularia 8
enſiculus 9
extar quid 10
ebria 15
exta ibid.
emblematis emblematibus antis ibid.
etymum græcum latino nomini dare ineptiſſimum 17

er finita 13
eboreum, eboratum, eburnum
differunt 25
exta 29
ergo 30
erumna 31
egloge ex annali deſcripta
39
Eufranor pictor 41
elephas an elephantus 42
egente & egenti ibid.
erythrum mare 45
exta extorum 48
epicœna nomina quæ 52
ego, tu, hic, ille, quomodo de-
clinentur 55
fundum mihi eſt, quaſi figura
dicimus 57
exacta ſpecie præterito pluſq̃
perfecto 63
ecce 66
e & o inter ſe cognatæ 71
effluctum quid 73
examuſſim ibid.
effrenate ibidem
erotopægnia Liuij 75
Ecaſtor, Eiuno, iuratio fœmi-
narum ibidem
et 81
eheu interiectio 87
Hermes ibidem
ebo ibid.
ei, ei ibid.
euax ibid.
em ibid.
eu, hoe 88
exoſus ſum 93
eo is quomodo declinetur 94
edo es eſt quõ declinetur 95
ellipſis 98
egometipſe ibid.
epitheton 99
ectaſis 101
epanalepſis 102
epizeuxis ibidem
epitrope 103

F

F litera præpoſita liquidæ,
mutæ uicem præſtat 2
familias familiai 3
filiabus ibidem
fas 6
fimus quid 7
fori qui 8
fræni & fræna & frænum
ibidem
fœminina ſemp pluralia ibid.
fides quid 9
frugi ibid.
fas ibid.
flamen quid 10
fruges quæ ibid.
fur quid 11
fax quid ibidem
foſſor foſſrix 12
filiabus 16
fulicæ quæ 17
ficos 13
factitia nomina quæ 18
feciale ibidem
farrago 20
fides fidis & fidei 21, 22
forum quid 22
fori qui ibidem
forus ibid.
fautor & non fauitor 27
fur commune duum generum
ibidem
femor femoris & feminis ibi.
fornax 29
fornicula ibidem
furfures ibidem
fræm 30
frumentum ibid.
fruges ibid.
fauces ibid.
forfices ibid.
forcipes ibid.
ficus 31
faunion ibid.
falanx quid 34
falangia ibid.
faciliter 36
falſo 38
febri 40
Florus ad Hadrianum 40
fici corporis uitium 42
ficus in nominatiuo plurali
ibidem
fretus ibid.
Fabrum pro fabrorum ibid.
filiabus ibid.
febrim ibid.
faciliores 43
fagos & fagus ibid.
fructus fructus & fructuis
& fructi ibid.
forte & forti ibid.
frus & frundis ibidem
fros frondis & non frontis
ibidem.
femur feminis ibidem
floralia & floralium 47
formæ caſuales quot & quæ
51

Figuræ nominum 52
fio 58
futurum tempus ibidem
frequentatiua uerba ibid.
furtim 66
faculter an facile 67
fors ibidem
faſciatim 68
fidei commiſſorũ uolũtas 70
Flauius Caper in Terentium 44.72.73
falſo 73
Fabre ibidem
faſæ 87
fieri contra analogiam 90
fiendum eſſe 91
ferio quomodo declinatur ibi.
ferior ictus ſum ibid.
flammeſcit ibid.
frequentatiua iteratiua uerba quæ 92
faceſſere quid ibid.
fac dixeris 94
fac memineris ibidem
feruere pro feruerunt 96

G

Gongrus & *non gonger* 4 & 26
geſa quæ 8
git 32. 9. 43
gelu quid 9
glandium ibidem
glos quid 11
glus glutinis & gluten tinis 11.27.43
graculus quid 17
galerus 25
Graccus ibidem
gibber quid 27
grex 29
garum 9.30
groſſi qui 31
gula an gyla 33
gauſapum ibid.
grauiter 37
gicti 43
gloſſemata ibid.
glis 11.43
gummi 48
genus quid 51
gentilia nomina 52
glandula 9.52
gemitus 70
gratiis pro gratis 73
Galli *rei militaris & eloquentiæ ſtudioſi* 74
Gniſo Virgilij interpres 75
Gn. Marius Cenſorinus 76
gloſſæ antiquitatum 85
gubernator pro auriga 11

H

Hannibal 5
hara quid 7
heteroclita quæ 9
hypocriſma quæ nomina admittunt ibid.
Heliupolis ciuitas 10
hir quid 11
hiulcus quid 14
hibus 16
hebria hebrius 26
hebrioſus, hebrioſa ibidem
haud ſecus 30
hoſpes 32
hoſpita ibidem
hilum quid ibid
hillum quid ibid
hæres ibid.
homo ibid.
harena & arena 33
Hiſpanus ibid.
Hiſpanienſes ibid.
hodie 35
Helenius 39
Horterſius pro Rabirio 41
Helenius Acron ibid.
hebem 44
hæres redis ibid.
humile & humili ibid.
Herculi pro herculis ibid.
Hyginus grammaticus ibid.
Hyginus de agricultura 47
heſternus 53
hodiernus ibidem
homonyma quæ ibidem
habituum uerbũ q̃d 57.58
Helenius Acron in Terentium 71
heſteron pro heri 73
hiſpane 74
Horatij *ars poetica inter epiſtolas recenſetur* ibidem
hem 88
herbeſcit 91
h aſpirationis notã 96
hyperbaton 100
hyperbole ibid.
homœoſis ibidem
hypozeuxis 102
homœoteleuton ibidem
homœoptoton ibid.
hirmos ibi.
hyperbole 103

I

Ir indeclinab le 5
iter & itiner itineris 6
is terminata ibid.
ix finita 7
iecor iecoris & iecinoris ibid.
iuſtitium quid ibid.
ius quid ibid.
iura iuribus ibid.
iuga quæ 8
iuſta quæ ibid.
iubar quid ibid.
inſtar 9
ioca ioci ibid.
is terminata 11
Ilias 12
inſtitor ibid.
iugerum pro iugerorum 16
in accuſatiuo melius has domus quàm domos 13
iuriſconſultus non iureconſultus 25
iure peritus ibid.
iuuenis 28
iris ibid.
Ilia Romuli mater 29
ilia ibid.
inficias 30
iuuenis ibid.
iuuenculus ibid.
iura ibid.
imberbi & non imberbes ibid.
intybum & intybus 32
idem iidem 35
intro & intus quomodo inter ſe differant 35
Iulius Romanus 38
Iura 40
irim pro iridem 44
Iſis ibid.
im pro eum. ibid.
incolume ibid.
ibis & ibes in plurali ibid.
iubar ibid.
impotente & impotenti ibid.
inſequenti die ibid.
iugeris & iugeribus ibid.
interpres ibid.
imber ibid.
Iſthmus ibid.
inferior infimus 53
ipſum quare non ipſud 54
ipſus ibid.
illæ & illa ibid.
illac & illud ibid.
infinita uerborũ qualitas 57
imperſonalia uerba quæ ibid.
inchoatiua uerba quæ 58
inter aduerbium recipiendum 62
illicet aduerbiũ affirmãdi 69
interiectiones aduerbijs admiſceri non oportuit 70
interiectio quid ibidem
ilicet ſtatim 74
iſto ultius 74
interea loci ibid.
in mundo ibid.
ilico pro in loco ibid.
imperabiliter ibid.
inimiciter ibid.
irridenter ibid.
inaurate pro non aurate ibid.
integriter ibid.
integre ibid.
induſtrioſiſſime ibid.
induſtrie ibid.
indecorabiliter ibid.
Iulius Modeſtus grammaticus 75
Iulius Romanus 84. 86
interiectio quid 87
it ibid.
idiomata quæ 92
imperatiui defectioni quomodo ſubuenitur 94
iam pro etiam 97
ironia 100
icon ibid.
induperator p imperator ibid.

L

Laurus 4
lecte enuntiandum 5
lucar ris quid ibid.
lituus quid 6
luxurieum & non luxurierum 7
lendes qui 8
lemures qui ibid.
lautia quæ ibid.
lac quid 9
lanæ numero plurali ibid.
loca loci ibid.
liticen quid & unde 10
lien quid ibid.
lues quid ibid.
latinus ſermo quo pacto ſe regendum tradidit 14
lapiderum pro lapidam 16
laſerpitium pro pulmento 23
lupus lupi ibid.
ligur liguris ibid.
lanius 24
lanio ibid.

locus, loci, loca 24.
large & non largiter 25
loculus & locellus ibid.
lucar lucaris 27
lien ibid.
lapis dis 28
lucanicum 30
lucus camœnarum ibid.
longitudo 31
longinquitas ibid.
lora ibid.
large 32
largiter ibid.
largitas 32
largitudo ibi.
lac lact an lacte ibid.
lardum quid ibid.
latera lardi capita ibid.
labra ibid.
labellum ibid.
labiones 33
leæna ibid.
lea ibid.
leontion ibid.
lingula ibid.
ligula ibid.
lodices purpureæ ibid.
luxuries 38
lentim 41
Lucius P. Rutilii *familiaris* 43
Leucadienſis iſthmus 44
Leucadienſis traductio ibid.
Leucates promont. ibid.
laterale non laterare 45
later lateris ibid.
laurus in genitiuo laurus & lauri ibid.
lar laris ibid.
lar lartis ibid.
lucium an lucum 46
liberalia 47
latinus ſermo non ſolum cum græcis communis, ſed etiã cum aliis gentibus 55
luctandum eſt quaſi figura dimus 57
licuit & licitum eſt 58
libere 66
Lex uaria 71
Lyſias orator 73
luci 75
lilybæo aduerbialiter ibid.
longiter ibid.
laſciuiter ibid.
lex Papyria 81. 87
Lyæus, Euan *uitis ſacra* 88
laceſſo a uerbo lacero 93

M

Myrtus 4
mundus ibid.
mella 6
materieum & non materierum 7
muſcus quid ibi.
manes qui 8
magiſtratus & magiſtrates ib.
minæ quæ ibid.
magalia quæ ibid.
mappalia quæ ibid.
metalla ſemper ſingularia ibi.
mel 9
mulſum quid ibid.
macies ei ibid.
malua ibid.
maluaceus ibid.
monoſyllaba nomina 11
merx ibid.
merces ibid.
M. Varro *de poematis* 16
merula quid 17
margarita dicendum ne ſit an margaritum ibid.
menſa an meſa & unde dicta ibidem
mare dicendum ne ſit in ablatiuo caſu en mari 18
monoptoton quid 19
Memnon 20
margo dubii generis ibid.
Macer ibid.
Mars *martis* 21
merces 22
miles militis ibid.
mendum, menda differũt 23
Modeſtus *grammaticus* 23. 24
munificus 25
munifex ibid.
mœnia 29
maria 30
muſclus ibid.
Martialis 31
manubiæ quid ibid.
Meliſſus *grammaticus* 32
mugil & mugilis 34.
Magiſtri *ludi non ludorũ* ibi.
matresfamiliæ ibid.
minoris 35
mi & mihi ibid.
maturrime 36
maturiſſime ibid.
memoriter 37
male 38
mane abhinc annos decem ibi.

Manippeaſm ꝑ manippeis 38
mollities ibid.
manus porrigere ibid.
memor ibid.
maria 40
myrrinus odor ibid.
Martes duo 41
mendace & mendaci 42
M. Valerius Cos. ibid.
Martialis ibid.
M. Scaurus contra Brutum de pec. rep. ibid.
monteis ibid.
minace & minaci ibid.
maria tres tãtũ caſus habet 45
mugil non mugilis ibid.
Mars ibidem
murum pro murium ibid.
mare & mari ibid.
monoſyllaborum nulla certa regula 46
Mæcenatis dialogi 49
Mycenæ 52
mi cur a pronomine meus in uocatiuo 54
meapte 55
male animatus 65
mucronatim 66
memoriter ibidem
militariter ibid.
membratim 68
meatim ibid.
Martianus Salutaris grammaticus 74
mani 75
munde ibidem
mox ibid.
meditate ibidem
M. Catonis res belli geſtæ 75
male pro ualde ibid.
multo ibid.
mauricatim ibid.
mediusfidius ibid.
minime pro non 76
Maſſilia ibidem
mu 87
mu facere pro mutire ibid.
mut facere non audet 88
mores qui bene expreſſerunt ibidem
meto meſſem feci 91
miſereſco ibid.
memini 93
memento ibidem
metaplaſmus quid 96
macrologia 98
metaphora 99
metaphoræ acoluthoi ibid.
metalepſis ibid.
metonymia ibid.
metaplaſmus 101
mauors pro mars ibid.
metatheſis ibid.
meus, tuus, ſuus ad aliquid ſignificant 55

N

Nefas 6
Nugas ibid.
Niſus grammaticus ibid.
natales 8
nobilitas ibid.
næniæ quæ ibid.
neq̃ , nihili 9
numeri non declinantur 9
nebulo quid 10
Neapolis ciuitas ibid.
nubes quid 10
Nereus 11
nar ris quid ibid.
nutrix 12
nauta commune duum generum 16
nequa commune trium generum ibidem
nequa dicendum & non nequam citra m. ibid.
nihili & frugi trium generũ 19
nihili quantitatis aduerbium ibidem
nihili nomen ibid.
nubes 21
nubecula ibid.
nubes bis ibid.
nummus quid 24
nudiuſtertius 25
nudiusquartus ibid.
nudiusquintus de futuro ibid.
neptis 29
nepos duum generum ibid.
nix niuis ibid.
ninguis genitiuus a niue ibid.
nox unde ibid.
nuptiæ 30
nihili ibid.
nemo in homine propriũ 31
nemo homo ibid.
neceſſitas ibidem
neceſſitudo ibid.
Nepet 32
nihil & nihili ibidem
nummus argenteus a Seruio Tullio primum conflatus 33
naris 34

nullius & nulli 35
nauiter & naue 36.37
nouiter 37
noue ibid.
nouember 44
naualis corona 45
neminis ibid.
nobile uiro ibid.
nomina debilia quæ 44
nequam 49
nugas ibid.
nequam 30.51
nomina quot modis componantur 52
nomina ficta a ſono uocis 53
nomina ad aliquid quodammodo ſe habentia ibid.
nepos ibid.
nomina mediæ poteſtatis ibid.
nomina ab aduerbiis ibid.
nouiſſimus ibid.
nomina primigenia ibid.
nos pronomē triū generū 54
nemo neminis 55
noſmet ibid.
neutrum uerbum quod 57
neutralia uerba cur appellata ibidem
nolo, neſcio hibitiua 58
neutrum uerbum quid 59
nutribam pro nutriebam 64
neutra ibid.
nigre 66
nauiter pro recta uia 76
nauci quid ibid.
nullus ibid.
nimie melius ꝙ nimis ibid.
nimium ibid.
noctu diuque ibid.
nudiuſtertius decimus ibid.
nihilo ſecius ibid.
nihilominus ibid.
nihilo deterius græce ibid.
num 82
neutro paſſiua quæ 92
nouito tu 93
notum habuerim ibid.
notum habuiſſe ibid.
ne nega, ne neges 94
natites pro natantes 97

O

Oreſtæ parricidium 1
o litera finita omnes antiqui producebant 2
o apud græcos ubique longa ibidem
Orontatæ 3
or litera terminata 7
os. ibid.
orgia quæ 8
Oſtia ciuitas 9
oſſu ibid.
opem ibid.
obſes quid 10
orator oratrix 12
os quid 11
oleabus 16
oſſe & non oſſi ibid.
oſtrea ne fœminine dicendum ſit, an oſtrum neutro genere 17
octo 19
obſes unde 22
olium & non oleum ibid.
occuſſis uel octuſſis 24
ortus 25
oleum 30
Oſtia. Oliua 31
olympia 31
oſcen 35
obſes 45
october 44
omnes & omneis 45
os oſſis 46
oſſum dici non poteſt ibid.
oſſu ut genu ibid.
oratio quid 51
opis 52
o ego exclamatio eſt 54
o nos exclamatio ibid.
obliterata 58
oratorie 66
ordinatum 68
ordo ibid.
oſtentui aduerbium 69
olli 71
o literæ poteſtates ibid.
opes uirorum armorum & ari 72
occulto 76
oppido pro uero aut ſtatim 77
o dolentis 87
orgici quo ritu celebrarentur 88
ὁπόποι quid 87
odirem 93
oſus ſum ibid.
olli pro illi 96
onomatopœia 100

P

Poſitione longa ſyllaba 1
Polyphemus Neptuni filius Aetnæque cultor ibidem

pronomina articularia 3
pelagus neutri generis & numeri tantum ſingularis 3
pæanas an pæanes 5
par & impar triũ generũ ibi.
pondo 7
pernicies huius pernicies & perniciei ibid.
pugillares qui 8
primores qui ibid.
panathenæa latine quõ ibid.
palearia 8
præcordia quæ ibid.
perfidia quid 9
pondo numeri tantum pluralis & neutri generis ibid.
par ibid.
pecu & pecus 9
pomaria ibid.
porrum porri ibid.
panis ibid.
paſtillum ibid.
piſtrinum ibidem
piſtrilla ibid.
plæbes plebis & plebei 10
Pelides *dæ* ibid.
Pylada *dæ* ibid.
Pentheus 11
Peleus *declinationis ſecundæ* ibidem
peleum & pelea ibid.
pollis quid ibid.
par quid ibid.
par boum quid ibid.
poema ibid.
poematum ibid.
participium quomodo diſcernatur a nomine & cõtra 14
petulcus quid ibid.
poematum an poematorũ 15
pegmatis ibid.
poematibus an poematis 16
paucabus ibidem
puellabus ibidem
pudicabus ibid.
portabus ibid.
pannibus ibid.
proſæ orationi cũ poetica mollitie parum conuenit 17
peruigilia dicendum ne ſit an peruigiliæ ibid.
peruigilare quid ibid.
pinos 13
palilia 18
præſepe & præſepis ibid.
plura non pluria ibid.
pondo 19
Palamedes 21
Perſi *pro perſis* ibidem
pernicies pro perniciei ibid.
pubes 22
pallium & non palleum ibid.
Pataui *pro patauii* ibi.
piſtrinum & piſtrina 23
piſtrilla apud Terentium ibid.
pulmentum & pulmentarium ibidem
plurum dicendum ne ſit an plurium ibid.
pulchrum ſcribendum ne ſit an pulcrum ibid.
penus ibid.
penoris & peni nõ extare apud auctores ibid.
podagroſus 24
podagricus ibid.
præfectus fabris & fabrum 25
perendie ibidem
paluſter an paluſtris 26
papauer gallicanus ibid.
puer in fœminino ſexu ibid.
præcipes pro præceps 28
puluis ueris ibid.
pollis pollinis ibid.
panum & panum ibid.
panem plurali numero dici nõ poſſe ibid.
paſtillus diminutiuum a pane ibidem
pix 29
preces 30
proceres ibid.
pecudes ibid.
pluris plure ibid.
pedum ibid.
puluis puluiſculus ibid.
paſtillus ibid.
piſciculus & piſculus ibid.
polenta quid 31
pugillares ibid.
pugillaria ibid.
pugillar ibid.
pauus ibid.
pareus 32
Phroneſium 33
porrum & porri ibid.
panus ibid.
panicula ibid.
palpetræ ibid.
palpebræ ibid.
paropſides 34
palumbes & palumbi ibid.
paterfamilias ibid.
pecunia ibid.
pometa & pameria 35
peregre & rure ibid.

Pius piiſſimus 36
pure 37
primo 38
primus, prior, primarius ibid.
planities ibid.
principalia & potentia nomi-na quæ 39
patiendi nomina ibid.
poſſeſſiua ibid.
puteal ibid.
pluton ibid.
paterfamilias non familiæ ibidem
puppi ibidem
P. Rutilius de uita ſua 43
Pericles cletis 44
parium an parum 45
parentium pro parentum 46
Ptolomeenſes 46
poematis an poematibus ibid.
pecus pecoris ibidem
pecus pecudis ibidem
penus ibidem
pometa ibidem
pubes & pubis & puberis ibi.
patruele non patrueli ibid.
panum 47
partium an partum ibidem
poematorum & poematum ib.
poematorum uaria genera ibi.
præcipes 48
paludes in accuſatiuo plurali non dicimus ibidem
pæanes non pæanas ibid.
plures plure ibid.
pelagus pelagi 49
prænomen quid 51
promiſcua 52
populus ibidem
primus 53
pronomina ad aliquid 54
pronomina an habent uocatiuũ ibidem
pronomina poſſeſſiua ibidem
pronominũ declinatio 55
patiens uerbum 57
participia a uerbo agente quot ibidem
participia a uerbo patiẽte quot ibidem
participia a uerbo cõi quot ibidem
paſſiuum uerbum quid ibidem
paſſiuorum ſpecies duæ ibid.
percurritur campus 58
perambulatur forum ibid.
puduit & puditum eſt ibid.
præſens tempus ibid.
præteritum tempus ibidem
præteriti differentiæ quatuor ibidem
perſona quid ibidem
perſonæ uerborum quot & quæ ibidem
paſſiuum uerbum quid ibidem
præteriti formatio in uerbis tertiæ coniugationis 61
participium quid 64. 65
participiorum tempora 64
participia paſſiua ibidem
participia frequentatiua ibid.
participia inceptiua ibid.
participia præteriti temporis perfectæ rei habent ſignificationem 65
pictura ars ipſa & opus ibid.
participia quot & a quoquo uerbo trahantur ibidem
poetice 66
piratice ibidem
paſſeratim ibidem
pigre ibidem
punctim 68
parum negandi aduerbium 69
pandectis aduerbium 70
præuerbium quid 71
pandecte quid ibid.
P. Rutilius Rufus de uita ſua 72
Pompeius elaborauit ut populum noſſet, eumq; artificio ſe ſalutaret ibidem
præpoſitiones aduerbiis denegantur 74
præpoſitiones quæ ſeruiunt ad uerbiis localibus ibid.
prius pro melius 77
perduellio qui ibid.
perduellionis cauſam dicere qd ibidem
Probus grãmaticus de æqualitate conſuetudinis ibid.
præfiſcini quid ibid.
primus pro imprimis ibid.
primo pedatu 78
pedibus ibid.
Paulus hiſtoriarũ Cœlij interpres 79
Porphyrio grammaticus 80
pote uerbum pro poteſt 81
Palæmõ grãmaticus 81. 84
principales coniunctiones 81
præpoſitio quid 83
per 85
pop, papæ interiectiones 87
pro Iupiter 88

V

præterita perfecta ibidem
palleſco pallui 91
pudens non eſt participium ſed nomen 92
præterita perfecta iterantia ad iecta præpoſitione deſinūt iterare 93
præſens 94
poſſum an ſit a ſum ibid.
poſſum quō declinetur ibid.
poteſtote poſſunto ibid.
potens nomen eſt & non participium ibid.
participia præteriti temporis in actiuis apud latinos non eſſe 95
participium actiuum pro paſſiuo ibid.
polyhymnia p polymnia apud Horatium 97
pleonaſmos 98
periſſologia ibid.
parricida quid 99
periphraſis 100
parentheſis ibid.
parœmia ibid.
parabole ibid.
paradigma 101
protheſis ibid.
proſparalepſis ibid.
prolepſis ibid.
paronomaſia 102
paromœon ibid.
polyptoton ibid.
polyſyntheton ibid.
per dialogiſmon ibid.
per micteriſmon ibid.
paralipſis 103
proſopopœia ibid.

Q

Quæſti gratia 4
quarti ordinis nominatiuus & genitiuus in us 7
quinquatres 8
quiſquiliæ quæ ibidem
quæ in o nomina, o ſeruant in genitiuo ibid.
quæ in is terminantur 11
quæ accuſatiuum pluralem nominatiuo ſimilem habent ibidem
quæ nomina in or per o literā productam proferuntur in genitiuo 12
quæ maſculina in a literam ueniunt 15
quæ per i literam ablatiuum habent 13
quintum & tricenſimum 23
quintum & triceſimum ibid.
quod abſolute poſitum 24
quinquatrus quid & unde 25
quis & qui in quo differunt 29
quibus & quis ibid.
quinquaginta millia nummum 30
quo loco & quo loci 34
quies 35
quando pro quum ibid.
quando aduerbium ibid.
quando pro quoniam ibid.
quæ comparari non poſſunt 36
quæ in comparationem non ueniunt 37
quæ non poſſunt comparatiua habere ibidem
quæ nomina non comparantur ibidem
quæ corrumpant regulā comparationis 38
quietis 42
ques pro qui 29.44.54
quies quietis 21.47
quinaria forma caſualis 51
quaternaria forma caſualis ibidem
quis & qui pronomina infinita 54
quibus unde ibid.
quiſque quomodo declinatur ibidem
quidam cuiuſdam ibid.
qualis quale ibid.
quis, qualis, tantus, pronomina 55
quantus, qualis, pronomina præpoſitiua 59
quadrupedatim 66
quot aduerbium ne ſit an pronomen an nomen 69
Q. Cæpionis oratio in Aemilium Scaurum 71.72
qualitatis aduerbia qua litera clauduntur 71
quæ 81
qualitates uerborum 95

R

Reſes quid 6
rudus 7
retes quæ 8
roſtra quæ ibid.
rana 9

ranunculus 9
rien quid 10
res quid ibid.
regnator 14
regnatrix ibid.
regina non recipiendum ibid.
raptabus 16
regerum pro regum ibid.
rete neutrali ne genere dicendum ſit, an maſculino retis 18
reticulus ibid.
reticulum ibid.
Rabirius 20
res, recula 21
requies requiei ibid.
reſes dis 6, 22, 43
ruſſeum non eſt dicendū ibid.
rien 27
rex unde 28
remex unde ibid.
rura 30
rediuiua 31
recidiua ibid.
requies 35
recenter 36
repenter ibid.
Rhodum & nō Rhodon 39
rura 40
Rabirius 41
requiei 42, 47
ruminalis ficus 42
rudi non rude 47
rudis ab hac rude quam laniſta gerit ibid.
retium non retum ibid.
radicium & radicum ibid.
rure & ruri ibid.
rudis inſigne laniſtarum ibid.
ranunculus 52
recordatiua 58
receptui aduerbium 69
rumpe moras hortandi aduerbium 70
rare & non raro 71
rex qui uocabat ad cœnā 74
rates pro nauibus 99

S

Syllaba quid, unde & quomodo latine enunciatur 1
ſyllabæ breues quæ ibid.
ſyllabæ longæ quæ ibid.
ſyllabarum tempora ibid.
ſyllabæ communes quæ ibid.
ſyllabæ quæ non ratione ut quidam putant finalitatis producuntur 2
ſenatus & ſenati in genitiuo 4
Senati decreta ibid.
ſecundi ordinis in eus nomina ibidem
ſal duby generis 5
ſale enunciandum ibid.
ſuthul 7
ſpecieum & non ſpecierū ibid.
ſiler ibid.
ſiſer ibid.
ſuppetiæ quæ 8
ſalinæ quæ ibid.
ſpectacula quæ ibid.
ſponſalia quæ ibid.
Saturnalia quæ ibid.
ſcita quæ ibid.
ſol quid ibid.
ſenium quid 9
ſinapi monoptoton ibid.
ſeru ibid.
ſponte ibid.
Scythopolis ciuitas 10
ſoboles quid ibid.
ſpes quid ibid.
ſtrues ſtructionis ibid.
ſal ſales 11
ſtips quid ibid.
ſaturnalium & ſaturnaliorū ibidem
ſchematibus an ſchematis 16
ſchema pro ſchemate ibid.
ſenati pro ſenatus ibid.
ſtilus erat oſſeus ibid.
ſenecta dicendum ne ſit an ſenectus 17
ſinapi 19
Sapho phus & nis ibid.
ſpes, ſpecula 21
ſeruitium 22
ſepulcrum 23
ſeruus an uos ibid.
Seruius Tullius cenſum inſtituit ibid.
ſeſtertius quid & unde denarius olim decuſſis 24
ſecus pro ſexu 25
ſecus aduerbium ibid.
ſincerus ibid.
ſincere ibid.
ſibilus ibid.
ſibilum ibid.
ſtomacus ibid.
ſobrior 26
ſilueſter 27
ſilueſtris ſtre ibid.
ſucceſſor in fœminino ſexu ib.
ſuppellex 28

ſuppellectilis ibid.
ſemis ibid.
ſanguis & ſanguen 29
ſcalæ 8.29
ſcopæ ibid.
ſuppetias 30
ſponte ibid.
ſcalprum ibid.
ſcorpius ibid.
ſcriptulum 33
ſcida, ſchida ibid.
ſaga & ſagi ibid.
ſal in maſculino & neutro genere 34
ſales ibidem
ſaturitas ibi.
ſatietas ibid.
ſerta ibid.
ſinapi ibid.
ſum ſimilis illius & illi ibid.
ſimilare ibid.
ſimia maſculini & fœminini generis ibid.
ſimiola ibid.
ſolitaurilia ibid.
ſpongia 35
ſtrix & ſtringa ibi.
ſtirps ibid.
ſe & ſeſe quomodo differant ibidem
ſat pro ſatis 36
ſenex ibid.
ſenior ibid.
ſuperlationes a nominibus in r ibidem
ſuperlatiuorum terminationes ibidem
ſatius a ſatis 37
ſuperlatio per ſe prælationem omnium ſignificat ibid.
ſecundo 38
ſcutarius 39
ſiti 40
ſtrigilim 41
ſeſtertium decem millia 42
ſitim ibid.
ſalace & ſalaci ibid.
ſanctioreis 43
Sceptius Bruti familiaris ibi.
Sinon nis ibid.
Stratocles cletis 44
Serapis ibid.
Spartacus innocens ibid.
ſeptember ibid.
ſtilus oſſeus 46
ſalutare 47
ſodalis & ſodale ibid.
ſeculari & ſeculare ibid.
Saguntinorum & Saguntium ibidem
ſuaue & ſuaui ibid.
ſenatuis ibid.
ſenatus ibid.
ſenati ibid.
ſuppellectilis an ſuppellex ibi.
ſaturnalium ibid.
ſinapi ſinapis 48
ſiremps, ſirempſe 30.48
ſenex ſenicis an ſenis 48
ſuppellex ſuppellectilis ibid.
ſtrix quid ibid.
ſinapis ibi.
ſchema ibid.
ſpinio, ſpinos ibid.
ſpinu, ſpina ibid.
ſaluteis 23.48
ſimplex unica forma caſualis 51
ſpecies quid ibid.
ſeptimus caſus 52
ſerus 53
ſiniſterior ibid.
ſynonyma quæ ibid.
ſenior ibi.
ſuperior ibid.
ſuperrimus ibid.
ſuperlatiuus gradus omnibus his tantum præponitur qui ſui generis ſunt ibid.
ſuapte 55
ſemet ibid.
ſtandum mihi eſt quaſi figura dicimus 57
ſcio actiuum 58
ſeruieſam, ſeruibo dici non poteſt 61
ſupina & gerundia uerba quæ 63
ſapiens appellatio & participium 65
ſatur 66
ſatur ad analogiam non pertinet 66
ſollerter 67
ſapienter an a participio figuratum ſit 68
Statilius Maximus de ſingularibus apud Ciceronē poſitis 71
Stoici pandecten uocant & cur ibid
Satura lex ibid.
ſcire & ſciſcere differunt 76
Statilius Max. arguitur ibi.
Sacer orationes Ciceronis interpretatus eſt 77
ſatis quot ſignificat 79

ſane pro ualde 79
ſic pro ita ibid.
Sempronius Aſellio 80
Siſenna Plauti interpres Vir*gilio poſterior* ibid.
ſed præpoſitiua cõiunctio 81
ſi conditionalis 82
ſuper 85
Suetonius Tranquillus *de rebus uarijs* 86
Spataro 88
ſeneſco ſeneo 91
ſum quomodo declinetur 94
ſubiunctiua uerborum qualitas 95
ſolœciſmus 96
ſchema apud poetas quid ibid.
ſalſamentum ibidem
ſoni qui diphthongi ibid.
ſolœciſmus quid 97
ſperare pro timere 98
ſynecdoche 99
ſyncriſis 100
ſarcaſmos ibidem
ſyncope 101
ſyſtole ibidem
ſynalephe ibidem
ſchema lexeos ibid.
ſchema diancæas ibidem
ſyllepſis 102
ſcheſis onomaton ibidem
ſchema diancæas ibidem

T

Tydeu 4
Teucer *&* Teucrus ibid.
triumuir 5
tribunal & tribunale ibid.
titanas an titanes ibid.
torcular ris, puluinar ris a producta cur efferantur 6
tibicen quid ibid.
teres trium generum 6
T*anaquil fœmininum* ibid.
tabo 7
trux commune ibid.
trigæ 8
tempora quæ ibid.
terras pro regionibus accipimus ibid.
tabo 9
teſtu quid ibid.
tubicen quid & unde 10
tribunale & tribunal ibid.
turrem & turrim ibid.
Tydeus 11
Tydeu *cur & non* Tydee ibi.
toreuma ibid.
T*eſſalis* 12
T*antalis* ibid.
tonſor tonſrix non tonſtrix ib.
tutor ibidem
tria tantum ſimili pronunciatione intellectu diſſonantia 14
tapete 18
tapetum ibid.
tapes ibid.
turbo bonis & binis 20. 48
turben binis 20
teſtu & teſta ibid.
T*yeſtes &* T*yeſta* 21
tergum tergi 22
tergus tergoris ibid.
tus an thus 24
triclinarius ibid.
triclinaris ibid.
torculare rectius ꝙ *torcular* 27
torpor quid ibid.
torpedo uitium ibid.
tibicina ibid.
thorax cis 29
tabes tabe 30
thermæ Titianæ ibid.
Trogus *de animalibus* 32. 45
thyruſion 33
temere 38
tuſſi 40
terra continens 41
tuſſim 42
triſti in ablatiuo cur & non triſte 48
T*anaidis in genitiuo* ibid.
T*anais* ibidem
T*itanes & titanas* ibid.
turben turbinis ibidem
torques ibid.
teſtu ibid.
torcular an torculare ibid.
tores pro torques ibid.
tabis an in genitiuo caſu dici poſſit ibidem
tabes tabe ibid.
tergum tergi ibid.
tergus tergoris ibid.
tonitra an tonitrua ibid.
T*hebæ* 52
totus totius 54
tute 55
tumet ibid.
tu, uos, nos, ſunt uocatiui caſus ibid.
tantus, talis, pronomina ſubiunctiua 59

tæſum eſt, & non tæduit 58
teſtificatur ibid.
tempora uerborum ibid.
tempus quid ibid.
temporum formationes in uerbis quartæ coniugationis 61
tranſeo quomodo facit præteritum & futurum 62
temporum formationes in uerbis omnium coniugationũ 63
tenere an teneriter 68
tot aduerbiumne ſit, an nomẽ an pronomen 69
tranſlatui aduerbium ibid.
Tigranis regnum 72
tralata uerba 73
Terentius Scaurus in artem poeticã commentatus 74
Thermopylæ 75
Tironis Tullii pandecte 76
tuatim 68. 80
tractim ibid.
temere pro facile ibid.
tertium ibid
triclinium 81
tax pax 87
trit ibid.
Tib. Gracchi interitus ibid.
Terentius ῥῆσιν bene ſeruauit 88
Titinius ibid.
trabea ibid.
tollo ſuſtuli futurum imperatiui quaſi futurum 91
tollor ſublatus ſum ibid.
tempora uerborum 95
tempora uerborum quo inter ſe coniungantur ibid.
tautologia 98
tapinoſis ibid.
tropus quid 103.99
typhis argus nauis gubernator
tranſlationes mutuæ ibid.

V

Vulgus 3
Virgilius 4
Vs terminata nomina ibid.
uetus ibid.
Vlyſſis & Vlyſſei ibid.
uirus ab hoc uiro 4
uina 6
uxſinita 7
uiſcum & uiſcus ibi.
uindictæ quæ 8
uerbera quæ ibid.
uada quæ ibid.
Vulcania quæ ibid.
uinum 9
ueru ibid.
uicem ibi.
ultio 12
uindicator 14
uindicatrix ibid.
uindex ibid.
Varro maxime uicina græco, græce dixit ſchemaſin 16
uerna commune duum generũ ibidem
uulgus 13
uetera non ueteria 18
uectigal an uectigale ibid.
uligo 20
uera dicendum non uerua ibi.
uas uadis 21
Vlyſſi pro Vlyſſis 21.44
uetus ris 23
uulgus ambigui generis ibid.
uulgus an gos ibid.
uinarius 24
uertex quid 28
uortex ibid.
uis, uires ibid.
uiſcus ris 29
unum 30
uices ibid.
uerbera ibid.
uinum uinulum ibid.
uinea ibid.
uultur 31
uulturius ibidem
uici ibid.
uicinitas ibid.
uicinia ibid.
utiliter & utile 37
utiliter & utile ibid.
Valerius Probus 38
uicem duorum comeſſe 41
Varro ad Atticum de uita P. R. ibidem
Valgius de rebus per epiſtolam quæſitis 45.47
uitale & uitali 49
uulgus uulgi ibid.
utile & utili ibid.
ueſtali cur & non ueſtale ib.
uenali cur & non uenale ibid.
ueloce & ueloci ibid.
uas uaſis uaſuum ibid.
uaſum uaſi ibid.
uolucrium & uolucrum ibid.
uectigalium & uectigaliorum ibidem
uulgus huius uulgus ibid.

uolucris non uolucer ibid.
ungula 52
uerbalia nomina quæ 53
uter utrius 54
uerbum quid 57
uerba neutra uel paſſiua ibid.
uerborũ genera tãtũ tria ibi.
uerborum quinq; ſpecies 58
ueneo 62
uecorditer 67
ubertim 68
uſus aduerbium 69
Vmbrius primus grammaticus 26.70
Voturii pro ueturii 71
uorſus pro uerſus ibid.
Velius Longus 77
Verrius 80
uiemiæ 81
unciatim ibid.
ueſpera aduerbialiter ibid.
ueſperi in triduum ibid.
utribi ibid.
utrinde ibid.
uſq; pro ualde 84
uituperandi nota 87
uolop ibid.
uerba paragoga 92
uerba confuſa 93
uolo facias 94
uolo dicas ibidem
uolo uis ambigue declinatur & quomodo ibidem
uxoris mala 103

X

X duplex litera 1
Xenophon 39

Y

Y græcis uocibus neceſſaria. 33

Z

Z apud græcos duplex 1
zeuxis 28
zeugma 102

FINIS.

REGISTRVM

❀ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V. *Omnes ſunt Terniones, præter V Duernionem.*

Neapoli ex officina Ioannis Sulſbacchij Hagenouenſis Germani, Anno M. D XXXII.

ERRATA.

Fol 1. pagina 1. uer. 15. lege hæ. fol. 4. pag. a. uer. 14. lege in a. fol. 7. pag. a. uer. 26. lege crux. fol. 8. b. uerſu 9. leg. ὑποζύγιοι. fol. 9. a. uer. 3. leg. κιννάβαρις. ibid. uer. 6. leg. ὄζος. fol. 11. a. uer. 2. lege eundem. uer. 8. lege ſequimur. fol. 15. a. uer. 1. lege ſi qs dicat. ibidem uer. 21. lege polyſyllaborumq;. fol. 25. a. uer. 13. lege multi putãt. & uer. 23. lege cum galere urſi dixit uer. 36. tiuus lege aluus. uer. 37. lege ſcelus. ibid. lege turpi. ibid. b. uer. 6. leg. ſincere dici fol. 31. b. uer. 6 lege ſtabulo frenos audire. fol. 33. a. uer. 24. lege ſine n. fol. 34. a. uer. 13. lege clatator. fol. 39. a. uer. 6. lege arutæ neq;. fol. 40. a. uer. 1. leg. iura. fol. 48. a. uer. 36. lege in luſu. fol. 54. a. uer. 9. leg. eſſe uocatiuus. fol. 55. a. uer. 18. leg. meus tuus. ibid. b. uer. 1. lege obiectamenta. fol. 65. b. uer. 18. lege ut doctus docte. fol. 66. uer. ultimo. lege in eandẽ literã. fol. 68. b. lege finiantur. fol. 69 a. uer. 22. lege intra infra ſtat. fol. 71. uer. 36. lege cõmodo eiuſmodi dictionis. fol. 80. b. uer. 28. lege alii dicũt cum. fol. 89. a. uer. 12. deeſt pendeo. uer. 13. ſpondes lege ſpondeo. uer. 16. lege in tertio. uer. 36 pluo pluis fluo fluis. fol. 91. a. uer. 26. le. ſcribor. fol. 92. a. uer. 2. le. addito. pag. b. uer. 1. lege hoc uerbũ o. fol. 94. b. uer. 29. lege imperatiuo inſtanti potes. fol. 96. b. uer. 14. tranſmutatione, adde immutatione. fol. 100. a. uer. 35. lege tris notus.